

# OPUSCULES

DE

**SAINT THOMAS D'AQUIN,**

**TRADUITS**

PAR


**M. VÉDRINE, CURÉ D'ARNAC-LA-POSTE,**

**M. BANDEL, CURÉ DE SAINT-SULPICE-LES-FEUILLES,**

**M. FOURNET, CURÉ DE MAILHAC.**

---

**TOME CINQUIÈME.**



PARIS,

LIBRAIRIE DE LOUIS VIVÈS, ÉDITEUR,

RUE CASSETTE, 23.

—  
1858.



# OPUSCULES

DE

**SAINT THOMAS D'AQUIN.**

Vu les traités internationaux relatifs à la **propriété littéraire**, on ne peut réimprimer cet Ouvrage sans l'autorisation des Auteurs ou de l'Éditeur.





# OPUSCULES

DE

## SAINT THOMAS D'AQUIN.

---

### OPUSCULE XLII.

DU MÊME DOCTEUR, SUR LES PUISSANCES DE L'ÂME.

#### CHAPITRE PREMIER.

*Combien il y a d'ames, combien de degrés d'êtres vivants, combien de genres de puissances de l'ame, et d'abord de l'ame végétative.*

Pour mieux voir le secours accordé à l'homme et le progrès du péché, nous allons faire quelques considérations sur l'ame et ses puissances. Avant tout, il faut supposer avec Aristote, dans le livre II de l'Âme, que l'ame est le premier principe de vie dans les choses inférieures. Car nous appelons vives les choses animées, et non-vives les choses inanimées. Cette vie, en effet, se manifeste par une double opération, savoir par la connoissance et le mouvement. C'est pourquoi les philosophes ont recherché la nature de l'ame à l'aide de ces deux choses. Mais je ne l'appelle le premier principe de la vie que parce que, bien que un corps puisse être le principe d'une opération vitale, comme l'œil de la vision, et le cœur d'une opération vitale, il

---

### OPUSCULUM XLII.

EJUSDEM DOCTORIS, DE POTENTIIS ANIMÆ. -

#### CAPUT PRIMUM.

*Quot sunt animæ, quot gradus viventium, quot genera potentiarum animæ. Et primo determinat de vegetativa.*

Ut adjutorium homini collatum et progressum peccati plenius videamus, de anima et ejus potentias aliquid consideremus. In primis ergo oportet supponere cum Philosopho, in II. *De anima*, quod anima est

primum principium vitæ in istis rebus inferioribus. Animata enim viva dicimus, inanimata vero non viva. Ista enim vita duplici operatione manifestatur, cognitione scilicet et motu. Unde et Philosophus, ut patet I. *De anima*, per ista duo animæ naturam investigaverunt. Pro tanto autem dico primum principium vitæ, quia licet aliquid corpus possit esse principium vitalis operationis, ut oculus visionis et cor

n'en est pas néanmoins le premier, parce que cela ne leur convient pas en tant que corps, mais en tant que corps d'une certaine façon, c'est-à-dire corps vivants, qualité qu'ils tiennent de l'ame, parce ce que ce qui est tel en acte tient cette qualité de quelque principe qui est son acte. Donc l'ame qui est le premier principe de la vie, n'est pas un corps, mais un acte du corps et quelque chose de plus élevé que le corps. Or, il en est ainsi maintenant, suivant Aristote, dans le second livre du Ciel et du Monde, que les choses infimes dans les êtres ne peuvent pas acquérir une bonté parfaite, mais elles en acquièrent une imparfaite par un petit nombre de mouvements, tandis que les choses supérieures acquièrent une bonté plus parfaite par un grand nombre de mouvements; les choses encore supérieures acquièrent la bonté parfaite par un petit nombre de mouvements. Enfin, la souveraine perfection se trouve en ce qui possède parfaitement la bonté sans aucun mouvement. Comme donc la nature humaine est placée entre la nature corporelle et la nature angélique, elle est ordonnée pour un plus grand bien que la nature corporelle qui est ordonnée pour un bien particulier quelconque, parce qu'elle est faite pour le même bien que les anges, savoir le bonheur; en conséquence elle a un plus grand nombre de vertus et d'opérations que les êtres corporels qui sont ordonnés pour un bien particulier, et que les anges qui l'excèdent dans les choses naturelles. Il y a donc dans l'ame plusieurs puissances qui lui ont été données pour acquérir la béatitude pour laquelle elle est finalement ordonnée. Or, ces puissances sont distinguées par les puissances et les objets, comme il est dit dans le second livre de l'Ame. Car la puissance, en tant qu'elle est puissance, est ordonnée pour l'acte, c'est pourquoi elle doit tirer le caractère de puissance de l'acte pour lequel elle est ordonnée. D'où il résulte que lorsque le caractère

vitalis operationis, non tamen est primum, quia hoc non convenit eis in quantum sunt corpora, sed in quantum sunt talia corpora, scilicet viva, quod habent per animam, quia quod est actu tale, hoc habet ab aliquo principio, quod est actus ejus. Anima ergo quæ est primum principium vitæ, non est corpus, sed actus corporis, et aliquid corpore altius. Nunc autem sic est secundum Philosophum, in II. *Cæli et Mundi*, quod ea quæ sunt infima in entibus, non possunt consequi perfectam bonitatem, sed aliquam imperfectam consequuntur paucis motibus. His vero superiora consequuntur perfectiorem bonitatem motibus multis, superiora vero his perfectam adipiscuntur bonitatem motibus paucis. Summa vero perfectio invenitur in eo, qui absque ullo motu perfecte possidet

bonitatem. Quia ergo natura humana est inter corporalem et angelicam naturam constituta, ad majus bonum est ordinata, quam natura corporalis, quæ ordinatur ad aliquod particulare bonum, quia ad æquale cum angelis, scilicet ad beatitudinem, idcirco plures habet virtutes et operationes quam corporalia quæ ordinantur ad bonum particulare, et quam angeli qui jam in naturalibus excedunt. Sunt ergo in anima humana plures potentiæ ad hoc ut consequi possit beatitudinem, ad quam finaliter ordinatur. Istæ autem potentiæ per actus et objecta distinguuntur, ut dicitur II. *De anima*. Potentia enim secundum id quod est potentia, ordinatur ad actum, unde oportet rationem potentiæ accipere ex actu ad quem ordinatur: unde ubi diversificatur ratio actus, oportet quod diversi-

de l'acte est diversifié, le caractère de la puissance doit l'être. Or, le caractère de l'acte est diversifié suivant le caractère de l'objet, comme il est dit au même endroit. En effet, l'acte de la puissance active est comparé à l'objet comme à son terme et à sa fin, comme étant la fin de l'action augmentative et le terme tout entier. L'acte, au contraire, de la puissance passive est comparé à l'objet comme au principe des actes, comme la vue à la couleur; or, tout acte tire son espèce du principe et de la fin. Il est donc évident que les puissances de l'âme se distinguent par les actes et les objets. Comme donc végéter, sentir et comprendre sont des actes différents par rapport aux différents objets, parce que végéter est quantité par rapport à l'objet, sensibilité qualité, et intelligence quiddité de la chose, il est clair que l'âme possède trois genres de puissances en général, savoir la puissance végétative, la puissance sensitive, et la puissance intellectuelle. Et qu'on ne cherche pas à savoir, pour le présent, si elles existent dans une seule espèce de l'âme ou dans plusieurs, parce que de quelque manière qu'on le dise, elles sont toujours dites d'une manière quelconque puissances de l'âme humaine, parce que, quoique trois substances, elles ne sont cependant pas trois âmes. Mais Aristote semble être d'un sentiment différent, dans le livre II de l'Âme, où il dit : « Nous appelons les puissances de l'âme puissances végétative, sensitive, appétitive, motive quant au lieu, et intellectuelle. » Mais il ne faut pas s'en inquiéter, car, à proprement parler il y a trois âmes, quatre modes de vivre et cinq genres de puissances de l'âme. En effet, la diversité des âmes se tire de ce que l'opération de l'âme surpasse l'opération de la nature corporelle. Car on juge que l'âme est plus ou moins noble et plus ou moins parfaite, suivant que l'opération de l'âme est plus ou moins dépendante du corps. Or, l'âme raisonnable

ficetur ratio potentiae, ratio autem actus secundum diversam rationem objecti diversificatur, ut dicitur in eodem. Actus enim potentiae activae comparatur ad objectum ut ad terminum et finem ejus, ut actionis augmentativae est finis, et terminus est ipsum quantum. Actus autem potentiae passivae comparatur ad objectum, ut ad principium activum, ut visus ad colorem; ex principio autem et fine omnis actus recipit speciem. Patet ergo quod potentiae animae distinguuntur per actus et objecta. Quia ergo vegetare, sentire et intelligere sunt diversi actus respectu diversorum objectorum, quia vegetare est quanti ut objecti, et sensus qualis, intellectus autem quidditas rei, patet quod anima habet tria genera potentiarum in generali, scilicet vegetativum, sensitivum et intellectivum. Nec ad praesens fiat vis,

utrum sint in una essentia animae, vel in diversis, quia qualitercumque dicatur, semper aliquo modo dicuntur potentiae animae humanae, quia etsi sint tres substantiae, non tamen tres animae. Sed contra hoc videtur esse Philosophus, II. *De anima*, ubi dicit, potentias autem animae dicimus vegetativum, sensitivum, appetitivum, motivum secundum locum et intellectivum. Sed istud non moveat nos, quia si volumus proprie loqui, tres sunt animae et quatuor modi vivendi, et quinque genera potentiarum animae. Diversitas enim animarum accipitur secundum quod operatio animae supergreditur operationem naturae corporalis. Secundum enim quod operatio ipsius animae magis aut minus dependet a corpore, secundum hoc nobilior aut imperfectior anima judicatur. Anima autem rationalis in tantum excedit naturam corpo-

excède la nature corporelle, par cela qu'elle exerce son opération propre sans organe corporel. Mais l'ame sensible dépend davantage de la matière corporelle, parce qu'elle ne peut exercer son opération sans organe corporel; néanmoins elle n'exerce pas cette opération au moyen d'une qualité corporelle, d'où il suit que les sens n'exercent pas leur action au moyen du chaud, de l'humide, du froid et du sec, quoique ces qualités soient requises pour la composition ou la disposition de l'organe par le moyen duquel s'exerce l'opération. Quant à l'ame végétative, elle est tellement plongée dans la matière qu'elle exerce son opération corporelle par un organe et une qualité corporelle. Elle excède néanmoins la nature corporelle en ce que elle est le principe intrinsèque des opérations des êtres vivants, tandis que les opérations des corps inanimés procèdent d'un principe intrinsèque. Que l'opération de l'ame végétative s'opère par une qualité corporelle, c'est ce que l'on voit, en propres termes, dans le livre second de l'Ame, où il est dit, que la digestion et toutes les suites de la digestion s'opèrent par le moyen de la chaleur régularisée par l'ame; c'est donc par cette considération que les ames sont distinguées. Pour les modes de vivre, ils sont distingués suivant les divers degrés des êtres vivants. En effet, il y a certaines choses qui n'ont que la vertu végétative, comme les plantes; il en est d'autres dans lesquelles avec la force végétative se trouve la puissance sensitive sans mouvement, comme les animaux imparfaits, les coquillages et autres choses de cette nature. Il en est d'autres qui à ces qualités ajoutent le mouvement local, comme les animaux parfaits, tels que le cheval et autres de ce genre. Il en est d'autres en qui se trouve l'intelligence, comme dans les hommes, et par cette considération l'appétitif ne constitue pas un degré d'êtres vivants, parce qu'il se trouve partout où se trouve

ralem, quod propriam operationem suam exercet sine organo corporali. Anima autem sensibilis dependet a materia corporali plus, quia suam operationem exercere non potest sine organo corporali, sed tamen istam operationem non exercet, mediante qualitate corporea, unde sensus suam operationem non exercet mediante calido, humido, frigido et sicco, licet istæ qualitates requirantur ad compositionem, seu dispositionem organi, per quod operationem suam exercet. Anima vero vegetabilis ita est immersa materiæ, quod per organum corporale et per qualitatem corpoream suam operationem exercet. In hoc tamen excedit naturam corporalem, quia est principium intrinsecum operationum vivorum, operationes vero corporum inanimatorum sunt a principio extrinseco. Quod autem

operatio animæ vegetativæ fiat per qualitatem corpoream, aperte habetur II. *De anima*, ut dicitur, quod digestio et omnia quæ digestionem consequuntur, fiunt virtute caloris ab anima regulati; per hanc ergo considerationem animæ distinguuntur. Modi vero vivendi distinguuntur secundum gradus diversos viventium. Sunt enim quædam quæ solum habent vegetativum, ut plantæ; quædam, in quibus cum vegetativo invenitur sensitivum tantum sine motu, ut animalia imperfecta immobilia, ut conchilia et hujusmodi. Alia sunt, quæ cum istis habent motum localem, ut animalia perfecta, ut equus et hujusmodi. Alia sunt, in quibus invenitur intellectus, ut in hominibus, et per istam considerationem appetitivum non constituit aliquem gradum viventium, quia in

le sensitif, comme on voit dans le livre second de l'Âme. Mais si nous considérons les genres des puissances, elles se trouvent distinguées par la diversité des objets. En effet, moins la puissance a rapport à un objet universel, plus elle est inférieure. C'est pourquoi le végétatif se rapporte au corps uni, parce qu'il ne circule que par ce corps. Le sensitif, au contraire, ne se rapporte pas seulement au corps uni, mais à un corps sensible uni ou non. Pour l'intellectif, il se rapporte généralement à tout être, par cela que tout être est intelligible. C'est pourquoi la puissance végétative est inférieure, la puissance sensitive supérieure, mais la puissance intellectuelle suprême, et nous avons ainsi trois puissances de l'âme prises suivant les rapports de l'union des choses avec l'âme. Au contraire, suivant que l'âme est unie aux choses, nous avons deux puissances, parce que suivant que l'âme est inclinée à une chose extrinsèque, comme à sa fin, qui est le principe dans l'intention, on trouve l'appétitif; le mobile, quant au lieu, se reconnoît lorsque l'âme est inclinée vers une chose extérieure, comme au terme de son opération et du mouvement. Nous allons parler d'abord de l'âme et de la puissance végétative.

## CHAPITRE II.

### *De l'âme végétative et de ses puissances.*

Il faut d'abord remarquer que l'âme végétative est ainsi appelée de *végéter* ou *vivifier*. En effet, vivre se prend de deux manières, comme il est dit dans le second livre de l'Âme. Premièrement, vivre est l'acte premier de l'être vivant, et dans ce sens vivre est la même chose que avoir la vie, ou être vivant, et ainsi vivre pour les vivants c'est être, comme il est dit au second livre de l'Âme. Dans un autre

quibuscumque invenitur sensitivum, invenitur appetitivum, ut patet in II. *De anima*. Si vero consideremus genera potentiarum, sic distinguuntur secundum diversitatem objectorum. Quanto enim potentia respicit minus universale objectum, tanto est inferior: unde vegetativum est respectu corporis uniti, quia non currit, nisi corpus sibi unitum. Sensitivum autem non solum corpus sibi unitum, sed corpus sensibile respicit sive unitum, sive non. Intellectivum autem respicit omne ens generaliter, eo quod omne ens est intelligibile; ideo inferior est potentia vegetativa, superior sensitiva, sed suprema intellectiva, et sic habemus tres potentias animæ acceptas secundum quod res conjungitur ipsi animæ. Secundum vero quod e contrario anima conjungitur ipsis rebus, habemus

duas potentias, quia secundum quod anima inclinatur ad rem extrinsecam, ut ad finem, qui est principium in intentione, accipitur appetitivum. Secundum vero, quod inclinatur ad rem extra, ut in terminum suæ operationis et motus, accipitur motivum secundum locum. De vegetativa anima et potentia prius considerandum est.

### CAPUT II.

#### *De anima vegetativa et ejus potentiis.*

Advertendum tamen prius, quod dicitur anima vegetabilis a vegetando sive vivificando. Vivere enim, ut II. *De anima* habetur, dupliciter accipitur. Uno modo, vivere est actus primus ipsius viventis, et secundum hoc vivere idem est quod habere vitam, vel vivum esse, et sic vivere viventibus est esse, ut dicitur II. *De anima*.

sens vivre signifie user de la vie, ou exercer les œuvres de la vie. Vivre, dans le premier sens, provient de l'ame végétative en tant qu'elle est une forme substantielle et un acte du corps; mais dans le second sens, elle provient du végétatif en tant que puissance. En conséquence, en parlant du végétatif comme puissance, Aristote dit, dans le second livre de l'Ame, que ses opérations sont la génération, l'usage des aliments et l'accroissement. Car, ainsi qu'on l'a dit, la puissance végétative a pour objet le corps où elle est, auquel corps trois choses sont nécessaires. La première, qu'il possède l'être, et c'est à quoi est ordonnée la puissance génératrice; la seconde qu'il possède l'être parfait, c'est à cela qu'est ordonnée la puissance d'accroissement; la troisième, qu'il soit conservé dans l'état convenable, et c'est à quoi est coordonnée la puissance nutritive. Or entre ces puissances la puissance génératrice est la plus noble, comme il est dit dans le second livre de l'Ame, parce que les puissances nutritive et augmentative servent à la puissance générative, et la puissance nutritive à l'augmentative. De même, parce que la puissance génératrice exerce en quelque sorte son opération sur le corps d'une manière extérieure, puisque elle n'engendre pas le corps dans lequel elle se trouve, mais un autre, elle se rapproche davantage de la génération de l'ame sensitive, qui a son opération dans les choses extérieures. La puissance nutritive, qui est le principe de la conservation des êtres vivants en réparant les déperditions, possède quatre forces qui sont appelées naturelles, savoir, la force d'attraction qui attire l'aliment nutritif du corps; la force de rétention qui le retient jusqu'à ce que il soit digéré; la force de digestion qui digère ce que la puissance attractive a attiré, et la puissance de rétention a retenu; la force de répulsion qui expulse le résidu inutile des aliments. Ces forces opèrent par le

---

Allo modo, dicitur vivere uti vita, vel exercere opera vitæ. Vivere primo modo dictum est ab anima vegetativa prout est forma substantialis et actus corporis, sed secundo modo acceptum est a vegetativo, prout est potentia. Loquendo ergo de vegetativo ut est potentia, dicit Philosophus, II. *De anima*, quod ejus operationes sunt generare, alimento uti, et augmentum. Sicut enim dictum est, potentia vegetativa habet pro objecto corpus in quo est, ad quod corpus tria sunt necessaria. Unum est quod habet esse, et ad hoc ordinatur generativa. Aliud est, quod habeat esse perfectum; et ad hoc ordinatur augmentativa. Aliud est, quod in statu debito conservetur, et ad hoc ordinatur nutritiva. Inter istas autem potentias generativa est nobilior, ut dicitur II. *De anima*, quia nutritiva et augmentativa deserviunt generativæ, nutritiva vero augmentativæ. Item, quia generativa exercet suam operationem quodammodo in corpus exterius, quia non generat corpus in quo est, sed aliud magis accedit ad generationem animæ sensitivæ, quæ habet operationem suam in res exteriores. Nutritiva, quæ est principium conservationis viventium per restaurationem deperditi, habet quatuor vires, quæ naturales appellantur, scilicet attractivam, quæ attrahit alimentum nutritivum corporis; retentivam, quæ illud retinet donec digeratur; digestivam, quæ illud digerit quod attractiva attraxit et retentiva retinuit; expulsivam, quæ residuum ex nutrimento superfluum expellit. Hæ per quatuor qualitates primas operantur. Attractiva enim operatur per calidum et

moyen de quatre qualités premières. La force d'attraction opère par le chaud et le sec, la force de rétention par le froid et le sec; la force de digestion par le chaud et l'humide, et la force d'expulsion par le froid et l'humide. La force augmentative est le principe de l'accroissement du corps et de la perfection de la quantité voulue. La force génératrice est le principe de la production de son semblable tel que l'on est, comme l'homme de l'homme, la plante de la plante. Cette puissance génératrice possède trois forces suivant Avicenne. La première est la force séminale qui produit la semence dans les mâles et les femelles; la seconde est la force transformatrice qui produit le mélange des qualités qui existent dans les semences en les appropriant à la complexion de chaque membre du corps à former; la troisième est la force formatrice qui, de ces semences ainsi mélangées, forme des membres et leur donne leur configuration respective.

### CHAPITRE III.

#### *De la puissance sensitive et des cinq sens extérieurs.*

Après avoir parlé de la puissance végétative, nous allons passer à la puissance sensitive. Or cette puissance sensitive se divise en force appréhensive et force motrice. La force sensitive appréhensive se divise en appréhensive extérieurement et appréhensive intérieurement. L'appréhensive extérieurement se divise en cinq sens extérieurs. La distinction des sens, suivant Aristote, doit se tirer de ce qui appartient par soi au sens. Or, ce qui appartient par soi au sens est l'objet extérieur ou sensible par lequel le sens est destiné à être changé. C'est pourquoi ces cinq sens sont déterminés par la diversité des transformations du sens par l'objet sensible. Il y a deux transforma-

siccum. Retentiva per frigidum et siccum. Digestiva per calidum et humidum. Expulsiva per frigidum et humidum. Vis vero augmentativa est principium cimenti corporis et perfectionis debitæ quantitatis. Vis autem generativa est principium producendi de se tale quale ipsum est, ut ex homine hominem, plantam ex planta. Hæc vis generativa habet tres vires secundum Avicennam. Prima est seminativa, quæ in masculis et fœminis semen generat. Secunda est immutativa, quæ virtutes quæ sunt in seminibus permiscet, temperando secundum quod complexioni cujuslibet membri corporis formandi convenit. Tertia est formativa, quæ ex sic permixtis seminibus membra format et configurat.

#### CAPUT III.

##### *De potentia sensitiva, et quinque sensibus exterioribus.*

Viso de potentia vegetabili, videamus de sensibili potentia. Hæc autem potentia sensibilis dividitur, quoniam quædam est apprehensiva, et quædam motiva. Apprehensiva autem sensibilis dividitur in apprehensivam de foris et in apprehensivam de intus. Apprehensiva de foris dividitur in quinque sensus exteriores. Horum autem distinctio secundum Philosophum accipienda est secundum illud, quod per se ad sensum pertinet. Illud autem quod per se ad sensum pertinet, est objectum exterius, scilicet sensibile, a quo sensus natus est immutari. Unde secundum diversitatem immutationum sensus ab exteriori sensi-



tions : l'une, en tant que forme d'*immutatio* ou similitude de forme, est reçue dans la chose transformée suivant l'être naturel, comme la chaleur dans l'objet réchauffé. L'autre est une immutation spirituelle, comme, par exemple, lorsque la similitude de l'être transformant est reçue dans l'objet transformé suivant l'être spirituel, comme la ressemblance de la couleur dans la prunelle qui n'en est pas colorée. Or, l'immutation spirituelle est essentielle au sens, parce que sans cela il n'y a point de sens; c'est pour cela que les corps spirituels ne sentent pas, quoiqu'ils soient transmués naturellement, et parce qu'ils ne le sont pas spirituellement. Il y a donc des sens dans lesquels on trouve l'immutation purement spirituelle, comme dans la vue. Dans d'autres, au contraire, avec l'immutation spirituelle on trouve aussi l'immutation naturelle. Or cela peut arriver ou du côté de l'organe ou du côté de l'objet. Du côté de l'objet l'immutation naturelle peut se faire de deux manières, ou relativement au son, comme on le voit dans l'ouïe, dont l'objet est le son qui est produit par la percussion et l'ébranlement de l'air. L'immutation du côté de l'objet peut arriver d'une autre manière par l'altération, comme on le voit dans l'odorat, dont l'objet est l'odeur qui est produite en lui, parce que la chaleur altère un corps spécial qui exhale une odeur dont il est le signe, parce que l'odeur se fait sentir davantage dans l'été. L'immutation naturelle peut se faire d'une autre manière du côté de l'organe, et c'est ce qui arrive dans le tact et le goût. Car la main qui touche un objet chaud devient chaude elle-même, et la langue s'humecte par l'humidité de la saveur.

Or la distinction de ces deux sens se tire de ce que, quoique le sens du goût suive le sens du tact dans la langue, il ne le fait pas néanmoins toujours et partout. Ou bien nous pouvons dire que l'organe

<p>bili, accipiuntur isti quinque sensus. Est autem duplex immutatio. Una, in quantum forma immutationis, vel similitudo formæ accipitur in immutato secundum esse naturale, ut calor in calefacto. Alia est spiritualis immutatio, scilicet quando similitudo immutantis recipitur in immutato secundum esse spirituale, ut similitudo coloris in pupilla, quæ non sit per hæc colorata. Spiritualis autem immutatio essentialis est sensui, quia sine illa non est sensus, propter quod naturalia corpora non sentiunt, licet immutentur naturaliter, quia non immutantur spiritualiter. Est ergo aliquis sensus, in quo invenitur immutatio spiritualis solum ut in visu. In quibusdam autem cum immutatione spirituali invenitur immutatio naturalis; hoc autem potest esse vel ex parte organi vel ex parte objecti. Ex parte objecti potest</p>	<p>esse immutatio naturalis dupliciter, vel secundum sonum, ut patet in auditu, cujus objectum est sonus, qui causatur ex percussione et aeris commotione. Alio modo potest contingere immutatio ex parte objecti secundum alterationem, ut patet in olfactu, cujus objectum est odor, qui causatur ex eo, quod calidum alterat corpus ad hoc, quod spiret odorem, cujus signum est, quod odor magis sentitur in æstate. Alio modo potest esse immutatio naturalis ex parte organi, et hoc contingit in tactu et gustu. Manus enim tangens calidum calescit, et lingua humectatur per humiditatem saporis.</p> <p>Horum autem duorum sensuum distinctio ex hoc sumitur, quod licet sensus gustus comitetur sensum tactus in lingua, non tamen ubique. Vel possumus dicere, quod organum tactus immutatur primo et</p>
---	---

du tact est *immuable* d'abord et par soi par la qualité qui lui est objectée proprement, tandis que l'organe du goût ne l'est que par celle qui lui est préliminaire, ce qui fait que la langue ne devient pas douce ou amère, mais humide ou sèche. La vue est ainsi définie par Damascène, livre II, chap. 18 : « La vue est le premier sens, dont les organes sont les nerfs et les yeux, parce qu'ils procèdent du cerveau; il sent suivant la première raison de la couleur, mais il distingue le corps coloré de la couleur. » Or, il est dit le premier sens, non par rapport à la constitution de l'animal, car dans ce sens le tact est le premier sens, comme il est dit dans le second livre de l'Âme, mais par rapport à l'appréhension, et aussi parce qu'il est le premier en dignité. D'où il est évident que les yeux sont l'organe le plus prochain et intrinsèque de la vue; mais les nerfs visuels sont l'organe intrinsèque et premier, et son objet est la couleur. L'ouïe est la force ordonnée dans les nerfs tendres procédant du cerveau, pour saisir le son produit par la commotion de l'air interposé entre la cause et l'objet de la percussion. Or l'objet de l'ouïe est le son, qui doit immerger l'ouïe par cela qu'il doit toucher l'air à l'état de repos dans la cavité du nerf auditif. L'odorat est la force ordonnée dans la partie antérieure du cerveau, dont les organes sont les narines, et deux parties molles semblables à des mamelons, par le moyen desquelles il renvoie au cerveau l'odeur qui lui a été transmise par l'air, auquel cette odeur vient se mêler. Le goût est la force ordonnée dans le nerf qui tapisse toute la surface de la langue pour saisir les différents saveurs qui émanent des corps en contact avec elle. Le tact est la force disséminée dans les os, la chair et la peau. C'est par lui que l'on éprouve la chaleur, le froid, l'humidité, la sécheresse, la dureté, le moelleux, l'aspérité, la finesse. Aristote dit, dans le second livre de

per se a qualitate, quæ obijcitur sibi proprie, sed organum gustus ab illa quæ præambula est illi. Unde lingua non fit dulcis, vel amara, sed humectosa vel sicca. Visus sic diffinitur a Damasceno, lib. II, cap. xviii: « Visus est primus sensus, cujus organa sunt, quia ex cerebro progrediuntur nervi et oculi, et scutit secundum rationem primam coloris, dignoscit autem et cum colore coloratum corpus. » Dicitur autem primus sensus, non in constituendo animal, quia sic tactus est primus sensus, ut dicitur II. *De anima*, sed in apprehendendo, et etiam quia prior est dignitate. Unde patet quod organum proximum et extrinsecum visus sunt oculi; primum autem et intrinsecum sunt nervi visuales, istius autem objectum est color. Auditus est vis ordinata in nervis mollibus a cerebro pro-

cedentibus ad apprehendendum sonum causatum ex aeris commotione constricti inter percutiens et percussum. Objectum autem auditus est sonus, qui habet immutare auditum per hoc quod habet tangere aerem quietum collectum in concavitate nervi auditus. Olfactus est vis ordinata in anteriori parte cerebri, cujus organi sunt nares et duæ mollities similes capitibus mamillarum, per quas remittit ad cerebrum odorem sibi oblatum ab aere, cui hujusmodi odor permiscetur. Gustus est vis ordinata in nervo expanso supra corpus linguæ, ad apprehendendum diversos saporos resolutos ex corporibus contingentibus ipsum. Tactus est vis diffusa per ossa, carnem et cutem, per quem apprehenditur calor, frigus, humiditas, siccitas, durities et mollities, asperitas et lenitas. De uni-

l'Ame, relativement à l'unité du tact, qu'il est un dans le genre, mais qu'il est divisé en plusieurs, suivant l'espèce, et qu'il renferme par conséquent plusieurs contrariétés. Il peut néanmoins être dit un, parce que, bien qu'il renferme plusieurs contrariétés, elles sont toutes contenues dans une contrariété qui nous est inconnue et innommée. Comme il arrive dans la vue qui a un organe unique, apparent à l'extérieur, savoir la prunelle, et un autre à l'intérieur où se forme le jugement, ainsi que le veut Aristote dans le livre *De Sensu et sensato*, il en est de même dans le tact, parce que l'organe où se fait la perception est la chair, et toute partie d'un égal mélange. Mais ce en quoi se fait le jugement en dernière analyse, c'est le nerf intérieur et le cerveau, lequel tout sensible qu'il est par soi, est néanmoins pour le nerf lui-même le principe de la sensation. La chair dans le tact est l'organe et le moyen, mais pour des raisons différentes, parce que elle est organe à raison de l'égalité de la commixtion qui est en puissance par rapport à toute excellence des qualités; mais elle est moyen à raison de l'égalité d'une commixtion semblable existant en elle, dont elle est le véhicule.

#### CHAPITRE IV.

##### *Des quatre puissances sensibles intérieures suivant leurs natures.*

Après avoir parlé de la vertu sensitive appréhensive extérieurement, il faut parler de l'appréhensive à l'intérieur. La nature n'étant pas défectueuse dans les choses nécessaires, comme il est dit dans le troisième livre de l'Ame, il doit y avoir dans l'animal autant de puissances et d'opérations qu'il en faut pour la vie de l'animal parfait. Or, il est nécessaire pour la vie de l'animal parfait qu'il saisisse la

tate tactus dicit Philosophus, II. *De anima*, quod est unus in genere, et dividitur in multos secundum speciem, et ideo plurium contrarietatum est. Tamen potest dici unus, quia, etsi sit plurium contrarietatum, omnes tamen continentur sub una contrarietate nobis ignota et innominata. Sicut autem est in visu, quod unum habet organum publicum extra, scilicet pupillam, aliud intra, in quo fit iudicium, sicut vult Philosophus, in lib. *De sensu et sensato*, ita est et in tactu, quia organum in quo fit apprehensio, est caro et quælibet pars secundum æqualitatem mixta. Illud autem in quo ultimo fit iudicium, est nervus interior, et cerebrum, quod licet sit de se insensibile, est tamen principium sentiendi ipsi nervo. Est autem caro in tactu, et organum, et medium, sed ratione diverso-

rum, quia ratione æqualitatis commixtionis, quæ est in potentia respectu cujuslibet excellentiæ qualitatum, est organum; rationem vero æqualitatis commixtionis consimilis existentis in ea, est medium illud deferens.

#### CAPUT IV.

##### *De quatuor potentiis sensitivis interioribus, secundum earum naturas.*

Viso de virtute sensitiva apprehensiva deforis, videndum est de apprehensiva de-intus. Cum enim natura non deficiat in necessariis, ut dicitur in III. *De anima*, tot potentias et operationes oportet esse in animali, quot requiruntur ad vitam animalis perfecti. Requiritur autem ad vitam animalis perfecti, ut non solum apprehendat rem cum actu est præsens, sed

chose non-seulement lorsqu'elle est présente en acte, mais encore lorsqu'elle est absente en acte; parce que n'ayant pas unies à lui toutes les choses nécessaires, il a besoin d'être mù vers la distance. Mais comme il est mù par l'appréhension, il ne pourroit être mù vers une chose distante et absente, s'il ne saisisoit la chose absente. Puisqu'il saisit cette chose par les sens extérieurs, seulement quant à sa présence, il a dû nécessairement avoir la vertu sensitive par le moyen de laquelle il saisiroit la chose absente, et retiendrait son espèce. Donc, comme les sens propres et le sens commun sont ordonnés pour l'appréhension des formes sensibles dans la présence de la chose, il en est de même des autres forces dans l'absence de la chose. Or, ces forces appréhensives sont les cinq sens suivant Avicenne, mais quatre suivant Averrhoès, La première est le sens commun, la seconde est la *fantasia*, la troisième force est imaginative, la quatrième estimative ou *cogitative*, la cinquième mémorative. Mais suivant Averrhoès, la *fantasia* et l'imaginative sont la même puissance. Néanmoins, il est plus vrai de dire qu'elles sont au nombre de quatre. Le sens commun, suivant Avicenne, est une vertu à laquelle se rapportent toutes les choses sentées. C'est donc le sens commun d'où dérivent les sens propres, c'est à lui que toutes leurs impressions vont aboutir, c'est en lui que toutes se réunissent. Son organe est la première concavité du cerveau, où naissent les nerfs des sens particuliers; et c'est là la raison pour laquelle, relativement à la distinction de l'esprit animal, les sens propres dérivent du commun; pour ce qui est de l'appréhension et de la renonciation du sens commun, elle se fait en acte par les sens propres, parce que elle ne saisiroit rien si les sens propres ne revenoient à lui avec leurs profits, comme dit Avicenne. Or, cette puissance est nécessaire à l'animal, pour trois opérations que doit

etiam cum actu est absens, quia cum non habeat omnia necessaria sibi conjuncta, oportet quod moveatur ad distantiam. Cum autem moveatur per apprehensionem, non posset moveri ad rem distantem et absentem, nisi rem absentem apprehenderet. Cum ergo per sensus exteriores apprehendat rem, solum quantum ad sui præsentiam, necesse habuit habere virtutem sensitivam, per quam rem absentem apprehenderet, et ejus speciem retineret. Sicut ergo sensus proprii et sensus communis ordinantur ad apprehensionem formarum sensibilium in rei præsentia, sic et aliæ vires in rei absentia. Istæ autem vires apprehensivæ sunt quinque sensus secundum Avicennam, sed quatuor secundum Averrhoem. Prima est sensus communis, secunda est phantasia, tertia imaginativa, quarta æstimativa seu cogitativa, quinta

mémorative. Secundum autem Averrhoem phantasia et imaginativa sunt eadem potentia. Verius tamen dicitur quod sunt quatuor: sensus communis secundum Avicennam est virtus cui redduntur omnia sensata. Est ergo sensus communis a quo omnes sensus proprii derivantur, et ad quem omnis impressio eorum renuntiatur et in quo omnes conjunguntur. Ejus enim organum est prima concavitas cerebri, a quo nervi sensuum particularium oriuntur, et hinc est quod quantum ad distinctionem spiritus animalis, sensus proprii derivantur a communi; quantum vero ad apprehensionem et renuntiationem sensus communis, fit in actu per proprios, quia nihil apprehenderet, nisi per hoc, quod sensus proprii redeunt ad ipsum cum suis lucris, ut dicit Avicenna. Ista autem potentia est animali necessaria propter tria, quæ habet

faire le sens commun. La première c'est de percevoir toutes les sensations communes que ne saisit pas le sens propre; car le sens propre ne perçoit pas de première main et par soi la figure ou le mouvement, mais bien comme par accident. Mais le sens commun perçoit par soi les choses sensibles communes qui sont au nombre de cinq, suivant Aristote, dans le second livre de l'Ame, savoir: le mouvement, le repos, la grandeur, la figure, le nombre. Car, dit ce Philosophe au même endroit, le sensible est de trois espèces. L'un est propre et n'est point senti par un autre sens et il ne se produit pas d'erreur dans le sens propre par rapport à lui, comme la vue par rapport à la couleur, l'ouïe par rapport au son. Un autre est commun et se divise en cinq branches qui répondent au sens commun, ainsi que nous l'avons dit. Le troisième est dit sensible par accident. Le second acte du sens commun est de percevoir plusieurs sensibles propres, ce que ne peut pas un sens propre quelconque. En effet, un animal ne peut pas juger que le blanc est doux ou ne l'est pas, ou établir une différence entre les sensations propres, sans qu'il y ait un sens qui connoisse toutes les sensations propres, et c'est là le sens commun. Le troisième acte est de sentir les actes des sens propres, comme lorsque je sens que je vois; car le sens propre n'a pas cette aptitude, comme on le prouve dans le livre II de l'Ame, parce que l'objet d'un sens propre est un objet unique. C'est pourquoi l'acte et l'objet de la vue, savoir la couleur, étant deux objets de cognition, le jugement de l'un et de l'autre n'appartient pas à un seul sens propre. La seconde force intérieure est la *fantasia*, qui est un mouvement produit par le sens suivant l'acte, comme il est dit dans le troisième livre de l'Ame, parce que la *fantasia* est une puissance mue par une espèce sensible, par

facere sensus communis. Primum est quod habet apprehendere omnia sensata communia, quæ sensus proprius non apprehendit. Non enim sensus proprius primo et per se apprehendit figuram vel motum, sed quasi per accidens; sensus autem communis per se apprehendit sensibilia communia, quæ sunt quinque secundum Philosophum, II. *De anima*, scilicet motus, quies, magnitudo, figura, numerus. Est enim triplex sensibile, ut ibidem dicit Philosophus. Unum est proprium, quod scilicet non contingit alio sensu sentiri, et circa quod non contingit sensum proprium errare, ut visus circa colorem, auditus circa sonum. Aliud est commune, quod dividitur in quinque, ut dictum est, quæ per se respondent sensui communi. Tertium dicitur sensibile per accidens, ut album, quod est Darii filius, quia album sentitur per se, cui accidit Darii filium esse. Secundus actus sensus communis est apprehendere plura sensibilia propria, quod non potest aliquis sensus proprius. Non enim potest animal judicare album esse dulce vel non esse, vel ponere diversitatem inter sensata propria, nisi sit aliquis sensus qui cognoscat omnia sensata propria, et hic est sensus communis. Tertius vero actus est sentire actus propriorum sensuum, ut cum sentio me videre. Non enim potest hoc sensus proprius, ut probatur II. *De anima*, quia unius sensus proprii unum est objectum. Unde cum actus et objectum visus, scilicet color, sint duo cognoscibilia, iudicium utriusque non pertinet ad unum sensum proprium. Secunda vis interior est phantasia, quæ est motus factus a sensu secundum actum, ut dicitur III. *De anima*, quia phantasia est potentia mota a specie sensibili, per quam et sensus proprius et sensus communis fit

le moyen de laquelle le sens commun et le sens propre sont mis en acte. Mais elle n'est pas seulement mue par cette espèce, elle la retient encore dans l'absence de la chose que reçoit le sens commun. Or recevoir et retenir dans les corps, c'est deux opérations qui se rattachent à des principes différents. Car l'humide reçoit bien et retient mal. Le sec, au contraire, retient bien et reçoit mal. Donc la puissance sensitive étant un acte d'un organe corporel, il faut qu'il y ait une autre puissance qui reçoit les espèces des sensibles et les conserve, et cet organe se trouve derrière l'organe du sens commun dans la partie du cerveau qui ne contient pas autant d'humidité que sa partie antérieure où est situé l'organe du sens commun, et elle peut conséquemment mieux retenir les formes sensibles en l'absence de la chose. La troisième force sensitive est estimative, et sa nécessité est aussi évidente. En effet, l'animal est non-seulement impressionné par ce qui peut lui occasionner du plaisir ou de la peine suivant les sens, parce qu'ainsi il ne seroit pas nécessaire de supposer en lui autre chose, si ce n'est l'appréhension et la rétention des formes dans lesquelles les sens trouvent du plaisir ou de la répulsion; mais il en est qui évitent ou recherchent certaines choses à cause des diverses autres commodités, ou utilités et dangers, comme la brebis fuit le loup, non à cause de sa couleur et de sa figure qui ne lui conviennent pas, mais comme un ennemi de sa nature. De même, l'oiseau ramasse des pailles, non parce qu'elles lui plaisent, mais parce qu'elles lui sont utiles pour construire son nid. Il faut donc placer dans l'animal quelque principe de perception des intentions de ce genre, différent de la fantaisie, dont l'immutation se fait par la forme sensible et non la perception de cette sorte d'intentions, et cette vertu est estimative en même temps qu'appréhensive des intentions qui ne sont pas reçues

in actu. Non solum autem movetur ab illa specie, sed etiam ipsam in absentia rei retinet, quam sensus communis recipit. Recipere autem et retinere in corporibus reducuntur ad diversa principia. Nam humidum bene recipit et male retinet. Siccum vero e contrario bene retinet et male recipit. Cum ergo potentia sensitiva sit actus organi corporalis, oportet esse aliam potentiam quæ recipit species sensibilium et quæ conservat, et hujus organum est post organum sensus communis in parte cerebri, quæ sic non abundat humido, sicut prima pars cerebri, in qua situm est organum sensus communis, et ideo melius potest retinere formas sensibiles re absente. Tertia vis sensitiva est æstimativa et hujus necessitas sic patet. Animal enim non solum movetur propter delectabile et con-

tristabile secundum sensum, quia sic non esset necesse ponere in eo, nisi per apprehensionem et retentionem formarum, in quibus sensus delectatur vel horret; sed aliquando fugit vel quærit aliqua propter diversas alias commoditates, vel utilitates, et nocumenta, sicut ovis fugit lupum non propter indecentiam coloris vel figuræ, sed quasi inimicum suæ naturæ. Similiter avis colligit paleam, non quia delectat sensum, sed quia utilis est ad nidificandum. Oportet ergo ponere in animali aliquod principium perceptionis hujusmodi intentionum aliud quam phantasiam, cujus immutatio est a forma sensibili, non autem perceptio hujusmodi intentionum. Et hujusmodi virtus est æstimativa, quæ est apprehensiva intentionum quæ per sensum non accipiuntur. Unde Algazel dicit: « Æstimativa

par les sens. C'est ce qui fait dire à Algazel : « Cette vertu est estimative qui perçoit d'un objet sujet à sensation ce qui n'est pas susceptible de sensation, comme la brebis pour l'hostilité du loup. » En effet, elle ne le fait pas par le moyen de la vue, mais par une autre vertu qui est dans les brutes, et qui est l'intelligence dans les hommes. De même que l'on connoît par l'intelligence ce que l'on ne connoît pas par les sens, quoique cette connoissance ne s'opère qu'au moyen des sens, cette action est estimative quoique d'une manière inférieure. Or l'organe de cette puissance dans les brutes est placé dans l'hémisphère postérieur du cerveau. Dans les hommes, au contraire, il est placé dans la cellule médiane du cerveau, appelée syllogistique. D'où il arrive que, bien que quant aux formes sensibles, il n'y ait pas de différence entre l'homme et les autres animaux, parce qu'elles s'opèrent par infusion provenant des choses sensibles extérieures, il y a néanmoins une différence quant aux intentions, comme certains animaux perçoivent des intentions particulières à l'homme par le seul instinct naturel, tel que ce qui est bon, convenable, nuisible. Mais l'homme, en outre de cela, est favorisé d'une certaine collation, aussi cette force, qui dans les animaux est appelée estimative naturelle, s'appelle cogitative dans l'homme, en lui procurant des intentions par une certaine collation ; elle est aussi appelée raison particulière, parce qu'elle confère les intentions individuelles, comme la raison universelle confère les intentions universelles. Avicenne a placé une autre puissance entre l'estimative et la fantaisie, dont le rôle est d'opérer la composition et la division entre les formes imaginées, comme lorsque de la forme de l'or et de la forme de montagne que nous avons dans l'imagination, nous composons une autre forme de montagne d'or que nous n'avons jamais vue. Mais comme nous n'avons vu cette opération que dans les hommes, nous ne devons

est virtus apprehendens de sensato quod non est sensatum, sicut ovis inimicitias lupi. » Hoc enim non facit per oculum, sed per aliam virtutem quæ est in brutis, hoc quod est intellectus in hominibus ; sicut enim aliquis cognoscit per intellectum, quod non cognoscit per sensum, licet non cognoscat nisi accipiendo a sensu, ita æstimativa, licet modo inferiori. Organum autem hujus potentiæ ponitur in brutis in posteriori parte mediæ partis cerebri. In hominibus autem ejus organum ponitur media cellula cerebri, quæ syllogistica appellatur. Unde licet quantum ad formassensibiles, non fit differentia inter hominem et alia animalia, eo quod sunt per infusionem a sensibilibus exterioribus, tamen quantum ad intentiones est differentia aliqua : si-

cut aliqua animalia percipiunt hujusmodi intentiones, quæ sunt bonum, et conveniens, et nocivum solo instinctu naturali. Homo autem ultra hoc per quamdam collationem, et ideo quæ in aliis animalibus dicitur æstimativa naturalis, in homine dicitur cogitativa, quæ per quamdam collationem hujusmodi intentiones adinvenit, quæ etiam ratio particularis dicitur, quia scilicet est collativa intentionum individualium, sicut ratio universalis intentionum universalium. Avicenna vero posuit unam potentiam inter æstimativam et phantasiam, cujus sit componere et dividere inter formas imaginatas, sicut cum ex forma auri imaginati et montis, componimus unam formam montis auri, quam nunquam vidimus. Sed quia hanc operationem

pâs pour cela supposer une nouvelle puissance sensitive. Il suffit pour cela dans l'homme de la force imaginative ou fantaisie, comme dit Averrhoès, dans son livre *De Sensu et sensato*. La quatrième force sensitive intérieure est la mémorative ou mémoire. Suivant Algazel la mémoire est la force conservatrice des intentions que perçoit l'estimative, et par conséquent elle est le réservoir des intentions; de même que la fantaisie ou imagination est la conservatrice des formes et leur réservoir, et ces intentions ne sont pas sentées, mais provenant des sens. Or l'organe de cette puissance se trouve dans la concavité postérieure du cerveau. C'est pourquoi Avicenne dit dans le livre VI, *De naturalibus*: « La force mémoriale est celle qui est placée dans la concavité postérieure du cerveau contenant ce qui est perçu par la force d'estimation, relativement aux intentions non sentées des choses singulières et sensibles. » Il en est autrement dans les hommes que dans les brutes, parce que dans les brutes il n'y a que la mémoire d'une manière propre, et la réminiscence plus improprement. Suivant Avicenne et Algazel, dans les brutes l'instinct de la nature tient lieu de l'inquisition, de sorte que par l'intention propre il passe à la propre forme sensible, et de la forme sensible et de la propre imagination à la chose qui l'a reçue dans le passé, et c'est ainsi que les brutes épient le moment de se venger, se souviennent des injures et des bienfaits, et cette réminiscence est subite. Dans les hommes, au contraire, non-seulement il y a mémoire, mais même réminiscence qui s'opère par une certaine collation des intentions individuelles préliminaires aux formes, en discourant syllogistiquement jusqu'au dernier objet cherché. Or, la puissance estimative et la puissance mémorative n'ont pas cette excellence dans l'homme par ce qui est propre à la partie sensitive, mais par affinité et proximité de la

non vidimus nisi in hominibus, non debemus propter hoc ponere novam potentiam sensitivam. Ad hoc enim sufficit in homine virtus imaginativa vel phantasia, ut dicit Averrhoes in libro suo *De sensu et sensato*. Quarta vis sensitiva interior est memorativa vel memoria. Est autem memoria, secundum Algazelem, vis conservativa harum intentionum, quas apprehendit æstimativa, et ideo est arca intentionum; sicut phantasia vel imaginativa est conservatrix formarum et arca illarum, et istæ intentiones non sunt sentatæ, sed a sensibus elicite. Organum autem hujus potentie est in posteriori concavitate cerebri. Unde Avicenna, VI. *De naturalibus*, vis memorialis est quæ est ordinata in posteriori concavitate cerebri, continens quod apprehendit vis æstimationis de intentionibus non sensatis singularium et sensibili-

lium. Differenter est autem in hominibus et in brutis, quia in brutis memoria sola proprie; reminiscencia autem minus proprie, quia secundum Avicennam et Algazelem, in brutis instinctus naturæ est loco inquisitionis, ut per propriam intentionem veniat in propriam illius formam sensibilem, et ex forma sensibili et propria imaginatione in rem, a qua est accepta in præterito, et sic bruta observant tempus vindictæ et memorantur injuriarum et beneficiorum, et illa recordatio subita est. In hominibus vero non solum est memoria, sed etiam reminiscencia, quæ fit per quamdam collationem intentionum individualium præviarum ad formas syllogistice discurrendo usque ad ultimo quæsitum. Istam autem excellentiam non habent in homine æstimativa et memorativa per id quod est proprium parti sensitivæ, sed per



raison universelle par une certaine influence. Car, la vertu inférieure est toujours fortifiée par son union avec une vertu supérieure, parce que ce qu'il y a de plus élevé dans la nature inférieure atteint ce qu'il y a de plus bas dans la nature inférieure, comme dit Denis. D'après cela on voit l'excellence qui se trouve dans les puissances de l'ame sensitive. Car le sens propre ne peut pas saisir tout d'abord et par soi les choses sentées communes, mais bien par accident, tandis que le sens commun le fait. Le sens propre ne peut saisir qu'une seule chose sentée, tandis que le sens commun peut en saisir plusieurs. Le sens propre ne peut connoître un acte propre, ce que fait le sens commun. De son côté le sens commun ne peut saisir une chose sans la présence extérieure de la chose, tandis que la *fantasia* retient la forme d'une chose en l'absence de cette même chose. La *fantasia* ne peut saisir et retenir que les formes tirées des choses sensibles; tandis que la puissance estimative peut saisir les intentions relatives à ces formes. Mais quoique la puissance estimative puisse saisir ces sortes d'intentions, elle ne peut pas cependant les retenir, comme le fait la puissance mémorative, et outre cela la puissance sensitive ne peut pas saisir la forme de la chose et l'abstraire des conditions matérielles, c'est pourquoy la forme saisie par le sens extérieur sans l'intérieur est toujours particulière.

## CHAPITRE V.

### *De la vertu motive sensitive de l'animal.*

Nous allons parler maintenant de la vertu sensitive motive. La vertu sensitive motive se divise en naturelle et animale. La naturelle est celle qui ne subsiste pas par l'appréhension, et n'est pas soumise

affinitatem et propinquitatem ad rationem universalem per quamdam influentiam. Semper enim virtus inferior fortificatur ex conjunctione sui cum virtute superiori, eo quod supremum naturæ inferioris attingit infimum naturæ superioris, ut dicit Dionysius. His visis, patet quomodo est excellentia in potentiis animæ sensitivæ. Sensus enim proprius non potest apprehendere sensata communia primo et per se, sed quasi per accidens; sensus autem communis potest. Item, sensus proprius non potest apprehendere nisi unum sensatum; sensus vero communis plura. Item, sensus proprius non potest actum proprium cognoscere, quod facit sensus communis. Item sensus communis non potest aliquid apprehendere, nisi ad præsentiam rei extra. Phantasia autem formam rei retinet, re absente. Item, phantasia non po-

test apprehendere nec retinere, nisi formas a sensibilibus acceptas. Æstimativa autem potest intentiones circa hujusmodi formas apprehendere. Æstimativa vero, licet possit hujusmodi intentiones apprehendere, non tamen retinere, quod habet memorativa, et ultra hoc non potest virtus sensitiva formam rei apprehendere et abstrahere a conditionibus materialibus, ideo semper forma apprehensa a sensu exteriori sine interiori, est particularis.

### CAPUT V.

#### *De virtute animalis, motiva sensitiva.*

Viso de virtute sensitiva apprehensiva, videndum est de virtute motiva. Motiva autem sensitiva dividitur, quia quædam est naturalis, quædam animalis. Naturalis est, quæ non manet per apprehensionem, nec est subjecta imperio rationis, et talis

à l'empire de la raison ; telle est la force vitale et pulsative qui fait battre les artères et le cœur par le moyen de la dilatation et de la constriction, et cette puissance est dans le cœur comme dans son organe propre ; c'est pour cela qu'elle n'a l'être que dans les animaux parfaits qui ont les poumons et le cœur. Cette force, par le moyen de l'aspiration et de la respiration, tempère convenablement la chaleur du cœur et du corps. La force motive animale est celle qui meut par appréhension, qui subit une division ; une meut par manière de direction, une autre par manière de commandement, une troisième par manière d'exécution. La force motive par manière de direction c'est la fantasia et l'estimative, en tant qu'elles montrent à l'appétit la forme ou l'intention convenable ou non convenable. En effet, la fantasia meut en montrant les formes sensibles, l'estimative en montrant les intentions, et les motives en commandant ou produisant le mouvement, comme le concupiscible, l'irascible qui sont des parties de l'appétit sensitif. Le concupiscible, en effet, est la force qui commande le mouvement pour produire le rapprochement des choses qui sont jugées nécessaires ou utiles, et cela par l'attrait du plaisir. L'irascible est la force commandant le mouvement pour repousser ce qui est jugé nuisible ou dangereux, et cela par l'ardeur de la vengeance ou du triomphe. La force qui exécute ce mouvement est une force extérieure répandue dans les muscles, les bras et les nerfs des membres. Il faut néanmoins remarquer qu'il y a de la différence entre la sensibilité et la sensualité, parce que la sensibilité comprend toutes les forces sensitives, tant appréhensives qu'appétitives ; tandis que la sensualité ne signifie proprement que la partie de l'âme sensible qui produit le mouvement pour rechercher ou fuir ce qui paroît propre ou non à la volupté de l'animal, et c'est suivant l'ordre au comman-

est virtus vitalis et pulsativa quæ movet arterias et cor secundum dilatationem et constrictionem. Et hujusmodi est in corde sicut in proprio organo ; unde solum habet esse in animalibus perfectis pulmonem et cor habentibus. Et hæc vis per spirationem et respirationem est principium contemperandi calorem cordis et corporis. Motiva animalis est quæ movet per apprehensionem, et hæc dividitur, quia quædam movet per modum dirigentis, quædam per modum imperantis, quædam per modum exequentis. Motivæ per modum dirigentis sunt phantasia et æstimativa, in quantum appetitivi ostendunt formam vel intentionem convenientem vel disconvenientem. Phantasia enim movet ostendendo formas sensibiles, æstimativa ostendendo intentiones ; motivæ autem imperantes et facientes motum, sicut concupiscibilis et irascibilis, quæ sunt

partes appetitus sensitivi. Concupiscibilis enim est vis imperans motum, ut appropinquetur ad ea quæ putantur necessaria, vel utilia, et hoc appetitu delectandi. Irascibilis est vis imperans motum ad repellendum id quod putatur nocivum vel corrumpens, et hoc appetitu vindicandi aut vincendi. Vis exequens motum istum est vis exterior, quæ diffusa est in musculis, et lacertis, et nervis membrorum. Advertendum tamen est quod sensibilitas et sensualitas differunt, quia sensibilitas comprehendit omnes vires sensitivas tam apprehensivas quàm appetitivas ; sensualitas autem dicit proprie partem animæ sensibilis, per quam est motus ad prosequendum vel fugiendum, quod apparet consentaneum vel dissentaneum voluptati animalis, et hoc est secundum ordinem ad imperium rationis. Unde sensualitas licet

dement de la raison. C'est pourquoi, quoique la sensualité exige préalablement les forces sensibles appréhensives comme préliminaires, elles n'appartiennent cependant pas à son essence, il n'y a que l'appétit sensitif. L'estimative même est très-voisine de la sensualité, laquelle confine avec elle, parce que la sensualité dit un certain ordre à la raison. On voit par là que dans les brutes il n'y a pas de sensualité portant au péché; cela n'a lieu que dans les hommes en qui, à cause de son ordre par rapport à la raison, elle est la porte de la corruption et de la culpabilité.

## CHAPITRE VI.

### *De la puissance intellectuelle.*

Après avoir parlé de la puissance végétative et de la puissance sensitive, nous allons traiter de l'intellect. Or cette puissance dans sa première division se partage en appréhensive et motive ou appétitive. Ces deux puissances ne se trouvent que dans les substances spirituelles et intellectuelles, comme le dit le commentateur sur le livre II de la Métaphysique. La raison de cette division est que toute forme est suivie par quelque inclination différente. De même donc que l'inclination ou l'appétit naturel suit la forme naturelle et l'appétit sensitif la forme sensible, de même aussi l'appétit intellectuel suit la forme universelle et intellectuelle appréhendée; et comme l'appétit intellectuel suit l'appréhension, nous devons parler des appréhensives avant de parler des appétitives. Deux principes sont nécessaires pour l'appréhension intellectuelle, savoir l'intellect par lequel on a tout à faire, c'est-à-dire l'intellect actif, et l'intellect par lequel tout doit être fait, c'est-à-dire l'intellect possible, comme il est dit dans le troisième livre de l'Ame. Car, comme dans chaque nature il y a des principes suffi-

præexigat vires sensitivas apprehensivas quasi præambulas, tamen ad essentiam ejus non pertinent, sed appetitus sensitivus. Æstimativa etiam valde propinqua est sensualitati, quia sibi confinis est, quia sensualitas dicit ordinem quemdam ad rationem. Ex quo patet quod in brutis non est sensualitas vocans ad peccatum; sed in solis hominibus in quibus propter ordinem ejus ad rationem, est porta corruptionis et janua culpæ.

### CAPUT VI.

#### *De potentia intellectiva.*

Viso de potentia vegetativa et sensitiva, dicendum est de intellectu. Potentia autem hæc prima sui divisione dividitur in apprehensivam et motivam vel appetitivam.

Hæc duæ potentie solum inveniuntur in substantiis spiritualibus et intellectualibus, ut dicit Commentator super II. *Metaphys.* Ratio hujus divisionis est quia quamlibet formam sequitur aliqua varia inclinatio. Sicut ergo formam naturalem sequitur inclinatio vel appetitus naturalis, et formam sensibilem sequitur appetitus sensitivus, ita formam universalem vel intellectualem apprehensam sequitur appetitus intellectualis; et quia appetitus intellectualis sequitur apprehensionem, ideo prius dicendum est de apprehensivis, quam de appetitivis. Ad apprehensionem intellectualem duo principia sunt necessaria, scilicet intellectus quo est omnia facere, id est intellectus agens, et intellectus quo est omnia fieri, id est intellectus possibilis, ut dicitur

sants pour la génération propre ou l'opération, il en est aussi de même dans l'âme. Mais l'acte de l'intellection ne peut s'accomplir par une seule et même puissance, parce que l'âme ne comprend rien sans informer l'espèce à l'égard de laquelle elle est en puissance, comme la prunelle par rapport aux couleurs. Mais elle ne peut pas être mise en acte par cette puissance, il faut qu'elle le soit par une autre chose qui est en acte, et par rapport à l'intellect possible, et par rapport à l'espèce intelligible. Mais comme l'espèce n'est pas reçue dans l'intellect possible avant d'avoir été dégagée des sensibles matériels, et que cela ne peut se faire que par ce qui est immatériel en acte, il est évident que outre l'intellect possible il faut placer dans l'âme un intellect actif, de sorte que l'âme est en puissance par une force et en acte par une autre par rapport aux espèces intelligibles, comme, par exemple, le feu, quand il agit sur l'eau, il agit par le moyen de la chaleur qu'il a en acte, et subit l'action de l'eau par le froid qu'il a en puissance, tandis que l'eau l'a en acte; de même l'âme étant immatérielle en acte, est en acte par rapport à une espèce immatérielle et en puissance par rapport à une espèce matérielle qu'elle peut mettre en acte quand elle veut, et cela par l'intellect actif. Or, il est en puissance par rapport à l'espèce, en tant qu'il ne l'a pas en acte, et qu'il peut en recevoir la passion. On voit par là quelle est l'opération de l'intellect actif, d'abstraire les espèces de la matière et des sensibles matériels. Mais il ne faut pas concevoir cette abstraction suivant la chose mais suivant la raison. Car ainsi que nous voyons dans les puissances sensitives, que quoique certaines choses soient unies suivant la réalité, la vue ou tout autre sens de ces êtres, ainsi conjoints, peut saisir une chose sans saisir l'autre, comme la vue perçoit la couleur du fruit

III. *De anima.* Sicut enim in qualibet natura sunt principia sufficientia ad generationem propriam vel operationem, ita in anima. Per unam autem et eandem potentiam non potest actus intelligendi expleri, quia anima nihil intelligit nisi informetur spem, ad quam est in potentia, sicut pupilla ad colores. Per illam potentiam autem per unam recipit, non potest educi in actum, sed oportet quod educatur in actum per aliud, quod est in actu, et respectu intellectus possibilis et respectu speciei intelligibilis. Cum autem species non recipiatur in intellectu possibili nisi depuretur a sensibilibus materialibus, et hoc non possit fieri nisi per id quod est actu immateriale, patet quod oportet ponere ultra intellectum possibilem, intellectum agentem in anima, ita quod anima per aliam potentiam est in potentia et per aliam est in actu respectu specierum intelligibilium,

sicut videmus quod ignis quando agit in aquam, agit in eam per caliditatem quam habet actu, et patitur ab aqua per frigiditatem quam habet in potentia, et aqua habet eam actu; ita anima quia actu est immaterialis, est in actu respectu speciei immaterialis, et in potentia respectu speciei materialis, et cum vult potest eam actu facere, et hoc per intellectum agentem. Est autem in potentia respectu speciei in quantum non habet eam actu, et in tantum potest ab ea pati; ex quo patet quæ sit operatio intellectus agentis, quia abstrahere species a materia et a sensibilibus materialibus. Ista autem abstractio non est intelligenda secundum rem, sed secundum rationem. Sicut enim videmus in potentiis sensitivis, quod licet aliqua sint conjuncta secundum rem, tamen illorum sic conjunctorum visus vel alius sensus, potest unum apprehendere altero non

sans en percevoir la saveur unie à la couleur, il peut en être de même à bien plus forte raison dans la puissance intellectuelle; parce que, bien que les principes de l'espèce ou du genre ne soient que dans les individus, un peut être saisi sans que l'autre le soit, ce qui fait que l'animal peut être perçu sans l'homme, l'âne et les autres espèces, et que l'homme peut être perçu sans Sortès ou Platon, et aussi la chair, les os et l'aine sans percevoir telles chairs, tels os en particulier, et de cette manière l'intellect perçoit les formes abstraites, c'est-à-dire les supérieurs sans les inférieurs. Néanmoins l'action de l'intellect n'est pas fausse, parce qu'il ne juge pas que telle chose existe sans telle autre, mais il saisit une chose et en juge sans porter un jugement sur l'autre. Or, l'objet qui est requis pour l'intellection est l'image et la similitude d'une chose particulière, qui est dans l'organe de l'imagination. C'est pourquoy, de même que la vision corporelle se complète par trois choses, savoir, par la couleur exposée à la vue, par la vue qui reçoit la similitude de la couleur, par l'action de la lumière qui se projette sur la couleur et change ce qui est visible en puissance en visible en acte; de même l'intellection s'opère par l'intellect possible, comme recevant la ressemblance de l'image, et par l'opération de l'intellect actif abstrayant l'espèce immatérielle de l'image, et par l'image même imprimant sa ressemblance dans l'intellect possible. Il faut cependant observer que l'image ne se perçoit pas comme la couleur se voit, mais qu'il est dit seulement objet de l'intellect, parce que celui-ci n'exerce pas son opération sans l'image. Or, l'objet propre de l'intellect possible est ce qui est quelque chose, c'est-à-dire la quiddité de la chose même, comme il est dit dans le livre III de l'Ame. Car, comme il y a des degrés dans les puissances, il y en a aussi dans les objets; parce

apprehenso, ut visus apprehendit colorem pomi, qui tamen saporem colori conjunctum non apprehendit; sic multo fortius potest esse in potentia intellectiva, quia licet principia speciei vel generis nunquam sint nisi in individuis, tamen potest apprehendi unum, non apprehenso altero, unde potest apprehendi animal sine homine, asino et aliis speciebus, et potest apprehendi homo non apprehenso Sorte vel Platone; et caro, et ossa, et anima non apprehensis his carnibus et ossibus, et sic semper intellectus formas abstractas, id est superiora sine inferioribus intelligit. Nec tamen falso intelligit intellectus, quia non judicat hoc esse sine hoc, sed apprehendit et judicat de uno, non judicando de altero. Objectum autem quod requiritur ad intelligendum, est phantasma et similitudo rei particularis, quod est in organo phantasie. Unde sicut visio corporalis completur per

tria, scilicet per colorem visui objectum, per visum recipientem similitudinem coloris, per actum lucis super colorem irradiantis, et de potentia visibili actu visibile facientis; ita intelligere fit per intellectum possibilem, ut recipientem similitudinem phantasmatis et per operationem intellectus agentis speciem immaterialem a phantasmate abstrahentis, et per ipsum phantasma suam similitudinem in intellectum possibilem imprimentis. Advertendum tamen quod phantasma non intelligitur sicut color videtur, sed pro tanto dicitur objectum intellectus, quia suam operationem non exercet sine phantasmate. Proprium autem objectum ipsius intellectus possibile, est quod quid est, id est quidditas ipsius rei, ut dicitur III. *de Anima*. Sicut enim est gradus in potentiis, ita in objectis, quia sicut sensus exterior non tantum potest, quantum sensus interior, nec inte-

que comme le sens extérieur ne peut pas autant que le sens intérieur, et le sens intérieur que l'intellect, de même l'objet du sens extérieur qui est les qualités de la troisième espèce de qualités, savoir les qualités passibles, n'est pas aussi élevé que l'objet propre du sens intérieur, savoir le sens commun de la fantaisie et de l'imagination, ce qui est la quantité immédiatement adhérente à la substance. Mais la substance de la chose surpasse tout cela, parce que de même que la qualité ne peut pas être sans la quantité, de même aussi l'une et l'autre ne peut être sans la substance. Donc la substance de la chose est ce que l'intellect perçoit. La ressemblance de cette chose qui est dans l'âme est ce par quoi l'intellect perçoit formellement la chose extérieurement. L'image est ce par quoi l'intellection s'opère comme effectivement en acquérant la science. L'intellect actif est celui qui produit et fait toutes ces choses en acte. L'intellect possible, au contraire, est celui qui reçoit l'espèce et excite l'acte de l'intellection, et ainsi celui-là est seul intellect possible qui est le sujet d'une grande science acquise. L'intellect actif est celui qui ne reçoit rien, mais qui est la puissance de l'âme, par lequel celle-ci rend intelligibles en acte les choses qui par leur nature ne sont intelligibles qu'en puissance, ayant une matière qui fait obstacle à l'intellect, parce que chaque chose est perçue en tant qu'elle possède l'être immatériel. Or, l'intellect possible auquel seul il appartient de recevoir l'espèce intelligible, peut être considéré sous quatre rapports. Le premier suivant qu'il est tout-à-fait en puissance relativement à la science, et ainsi il précède l'intellection, et dans ce sens il est appelé, par les philosophes, matériel, c'est-à-dire potentiel, comme n'étant en acte d'aucune manière. En second lieu il peut être considéré, selon qu'il a quelque disposition à la science, mais incomplète, comme lorsqu'il a

rior, sicut intellectus, ita objectum sensus exterioris, quæ sunt qualitates, de tertia specie qualitatis, scilicet passibiles qualitates, non est ita altum sicut proprium objectum sensus interioris, scilicet sensus communis phantasie et imaginativæ, quod est quantitas quæ immediate adhæret substantiæ. Omnia autem ista excellit substantia rei, quia sicut qualitas non potest esse sine quantitate, ita nec utraque sine substantia. Substantia ergo rei est id quod intellectus intelligit. Similitudo autem illius rei, quæ est in anima, est illud quo formaliter intellectus rem extra intelligit. Phantasma autem est illud quo quasi effective intelligit in acquirendo scientiam. Intellectus autem agens est, qui omnia illa actu agit et facit. Intellectus vero possibilis est, qui speciem recipit et actum intelli-

gendi elicit, et sic solus intellectus possibilis est, qui est subjectum scientiæ maxime acquisitæ. Intellectus autem agens est, qui nihil recipit, sed est potentia animæ, quo omnia facit actu intelligibilia, quæ per naturam suam sunt potentia solum intelligibilia, cum habeant materiam quæ intellectum impedit, quia unumquodque intelligitur, in quantum habet esse immateriale. Intellectus autem possibilis, cujus solius est recipere speciem intelligibilem, quadrupliciter potest considerari. Uno modo, secundum quod est omnino in potentia ad scientiam, et sic est ante intelligere, et hoc modo appellatur a Philosophis materialis, id est potentialis quasi nullo modo actu. Secundo modo potest considerari, ut habet aliquam dispositionem ad scientiam, sed incompletam, ut cum habet

des principes connus par soi de quelque science, et en ce sens il est appelé intellect disposé. Il peut être considéré, en troisième lieu, selon qu'il a l'habitude de la science, sans user néanmoins de cette habitude, et dans ce sens il est appelé intellect parfait en habitude. En quatrième lieu suivant qu'il considère en acte selon l'habitude, et dans ce sens il est appelé acquis en acte, et c'est de cet intellect que certains veulent entendre ces mots d'Aristote, dans le livre III de l'Ame, que l'intellect exerce l'intellection en certains cas, pas dans d'autres, mais toujours. Quoique cet intellect impossible reçoive différents noms, suivant ses différentes perfections et opérations, il ne peut néanmoins en aucune manière être multiplié suivant la substance de la puissance; la raison en est, comme il a été dit, que la puissance ne se diversifie que suivant la raison de l'objet. Or, voilà ce qui se fait, lorsqu'une puissance quelconque est ordonnée à quelque objet sous la raison d'un objet universel, cette puissance n'est pas diversifiée suivant la diversité des différences particulières de l'objet. C'est pourquoi la vue, en percevant la couleur sous la raison universelle de la couleur, n'est pas diversifiée suivant la différence du blanc et du noir, parce qu'elle ne considère le blanc et le noir qu'en tant que coloré. Or, comme c'est par l'intellect possible que tout doit être fait, comme il est dit dans le livre III de l'ame, il considère l'objet sous la raison commune de l'être, et par conséquent la puissance intellectuelle appréhensive ne peut être diversifiée suivant aucune différence de l'être. Néanmoins l'intellect actif et l'intellect possible sont diversifiés à l'égard de cet objet, parce qu'il doit y avoir par rapport au même objet une puissance active et une autre passive, comme il a été dit. On voit par là que l'intellect spéculatif et l'intellect pratique sont la même chose; la raison en est que ce qui a trait accidentelle-

principia per se nota alicujus scientiæ, et sic appellatur intellectus dispositus. Tertio modo potest considerari, prout habet habitum scientiæ, non tamen utitur habitu, et sic appellatur intellectus perfectus in habitu. Quarto modo, secundum quod actu, considerat secundum habitum, et sic dicitur intellectus adeptus in actu, et de isto intellectu volunt quidam intelligi illud verbum Philosophi in III. *De anima*, quod intellectus quandoque intelligit, quandoque non, sed semper. Iste autem intellectus impossibilis licet secundum diversas ejus perfectiones et operationes diversimode nominetur, non tamen potest aliquo modo multiplicari secundum substantiam potentiæ, cujus ratio est quia, ut dictum est, potentia non diversificatur nisi secundum diversam rationem objecti. Nunc autem sic est quod quando potentia aliqua

ordinatur ad aliquod objectum sub ratione universali objecti, non diversificatur potentia illa secundum diversitatem particularium differentiarum objecti. Unde visus quia respicit colorem sub universali ratione coloris, non diversificatur secundum diversitatem albi et nigri, quia nec album nec nigrum considerat, nisi in quantum coloratum. Cum autem intellectus possibilis sit, quo est omnia fieri, ut dicitur III. *De anima*, respicit objectum sub ratione communi entis, et ideo secundum nullam differentiam entis potest diversificari potentia intellectiva apprehensiva. Respectu tamen istius objecti diversificatur intellectus agens et intellectus possibilis, quia respectu objecti ejusdem oportet esse aliam potentiam activam et aliam passivam, ut dictum est. Ex hoc patet quod idem sit intellectus speculativus et practicus, cujus

ment à la raison de l'objet que regarde une puissance quelconque, ne diversifie pas cette puissance. En effet, parce qu'il arrive à un objet coloré d'être grand ou petit, homme ou âne, tous ces accidents n'en sont pas moins perçus par la même puissance visuelle. Or, il est constant que c'est un accident d'une chose perçue par l'intellect d'être ordonnée ou non à une œuvre; c'est pourquoi l'intellect spéculatif et l'intellect pratique diffèrent, en ce que la fin de l'intellect spéculatif est la vérité seule, et l'œuvre celle de l'intellect pratique, comme il est dit dans le livre II de la Métaphysique. Il est évident qu'ils ne sont qu'une même puissance, ce que prétend ouvertement Aristote, dans le troisième livre de l'Âme, où il dit : « Que l'intellect spéculatif devient pratique par l'extension de la chose perçue à l'œuvre, ce qui montre qu'ils diffèrent par la fin seule. » On voit aussi par là que l'intellect et l'intelligence ne sont pas des puissances différentes, mais diffèrent dans le sens adopté par Aristote, non pas à la vérité comme la puissance de la puissance, mais comme l'acte de la puissance. Car l'intellection est l'acte de l'intellect, qui est intelligence, suivant ce que dit Aristote, dans le livre III de l'Âme. L'intelligence appartient aux indivisibles en qui le faux ne se trouve pas. Cependant intelligence est prise quelquefois, par certains philosophes, pour nature ou substance séparée, qui est dite intelligence, parce qu'elle comprend toujours. Mais l'intellect ne peut différer de la raison, ce qui est évident, si l'on considère leurs actes avec soin. Comprendre, c'est considérer la vérité par une simple intuition. Mais raisonner, c'est passer d'une chose comprise à une autre, pour connoître la vérité intelligible, ce qui fait que la raison commence toujours par l'intellect et se termine à lui. C'est pourquoi il est clair que raisonner et comprendre diffèrent comme être en mouvement et être en repos. Or,

ratio est, quia illud quod accidentaliter habet se ad rationem objecti, quam respicit aliqua potentia, non diversificat potentiam, quia enim accidit colorato, quod sit magnum aut parvum, homo vel asinus, ideo omnia ista per unam potentiam visivam apprehenduntur. Constat autem quod accidit apprehenso per intellectum, quod ordinetur ad opus vel non ordinetur : unde cum secundum hoc differant intellectus speculativus et practicus, quia finis speculativi est sola veritas, practici vero opus, ut dicitur II. *Metaph.*, manifestum est, quod sunt una potentia, quod aperte vult Philosophus, III. *De anima*, ubi dicit quod intellectus speculativus extensione, scilicet apprehensi ad opus sit practicus, ex quo patet quod solo fine differunt. Ex hoc etiam apparet quod intellectus et intelligentia non sunt diversæ potentiæ, sed differunt

secundum quod intelligentia accipitur a Philosopho, non quidem sicut potentia a potentia, sed sicut actus a potentia. Intelligentia enim est actus ipsius intellectus, qui est intelligentia, juxta illud Philosophi, III. *De anima*. Indivisibilium intelligentia est, in quibus non est falsum. Intelligentia tamen aliquando a Philosophis accipitur pro natura vel substantia separata, quæ intelligentia dicitur, quia semper intelligit. Intellectus autem a ratione differre non potest, quod patet, si eorum actus diligenter consideretur. Intelligere est veritatem simplici intuitu considerare. Ratiocinari autem est de uno intellectu ad alium procedere, ad veritatem intelligibilem cognoscendam, unde ratio incipit semper ab intellectu et ad intellectum terminatur. Unde patet quod ratiocinari et intelligere differunt, sicut moveri et quies-



d'après Aristote, dans le deuxième livre du Ciel et du monde, il est constant, dans les choses corporelles, qu'une chose se meut vers un lieu ou repose dans un lieu par la même puissance. Donc à plus forte raison, dans les choses spirituelles, c'est par la même puissance que nous raisonnons et que nous comprenons, que nous cherchons la vérité, et que nous la concevons après l'avoir trouvée. Il ne peut pas même y avoir une raison supérieure et inférieure d'une puissance diverse, parce que la raison inférieure est dite ainsi à cause qu'elle a trait aux choses inférieures, et la raison supérieure aux choses supérieures. Or, il y a deux manières d'avoir trait aux choses supérieures, la première en les considérant en elles-mêmes, la seconde en prenant d'elles des règles pour faire les choses inférieures. Mais ces deux objets, savoir les choses temporelles et les choses éternelles, sont comparés de deux manières à notre connoissance. La première suivant la voie de l'invention, et ainsi les choses temporelles sont pour nous le chemin qui mène aux choses éternelles, suivant ce passage de la première Eptre aux Romains : « Les choses invisibles de Dieu sont comprises et connues par le moyen des choses créées. » La seconde par voie de résolution et de jugement, et ainsi nous disposons des choses temporelles par le moyen des choses éternelles. Il en est ainsi maintenant que, bien que le moyen et ce à quoi l'on arrive par le moyen puissent appartenir à différentes habitudes, ils n'appartiennent jamais à des puissances différentes, mais à la même. D'où il suit que quoique les principes et les conclusions appartiennent à des habitudes différentes, parce que les principes regardent l'habitude des principes de l'intellect, et les conclusions l'habitude des conclusions de la science, les uns et les autres néanmoins appartiennent à la même puissance. Donc la considération des choses éternelles, quoique appartenant à une habitude autre que la considération des choses

cere. Constat autem secundum Philosophum, II. *Cœli et mundi*, quod per eandem potentiam movetur aliquid ad locum et quiescit in loco in corporalibus. Ergo multo fortius in spiritualibus per unam et eandem potentiam ratiocinamur et intelligimus, veritatem inquirimus et inventam intelligimus. Ratio etiam superior et inferior diversæ potentiæ esse non possunt, quia ratio inferior ex hoc dicitur, quod rebus inferioribus intendit, ratio superior, quia superioribus. Superioribus autem intendere potest dupliciter : uno modo speculando ea in seipsis ; alio modo accipiendo ex ipsis regulas inferiorum agendorum. Ista autem duo objecta, scilicet temporalia et æterna, comparantur ad cognitionem nostram dupliciter. Uno modo, secundum

viam inventionis, et sic temporales sunt nobis via deveniendi in æterna, juxta illud *Rom.*, I : « Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. » Alio modo per viam resolutionis et judicii, et sic per rationes æternorum, temporalia disponimus. Nunc autem sic est quod licet medium, et illud ad quod per medium devenitur, possint ad diversos habitus pertinere, nunquam tamen ad diversas potentias, sed ad eandem : unde licet principia et conclusiones pertineant ad diversos habitus, quia principia ad habitum intellectus principiorum, conclusiones ad habitum scientiæ conclusionum, tamen utraque pertinet ad eandem potentiam. Ergo consideratio æternorum, licet ad aliûm habitum pertineat quam consideratio temporalium, quia

temporelles, parce que celle-ci regarde la sagesse qui a rapport aux choses éternelles, et celle-ci la science qui a rapport aux choses temporelles, néanmoins il faut que la considération des unes et des autres appartienne à la même puissance. On dit cependant partie supérieure et partie inférieure, parce que partie vient de partage, et là, quoiqu'il n'y ait point partage de puissance, il y a néanmoins partage d'habitudes et d'offices, aussi saint Augustin les appelle-t-il deux parties.

## CHAPITRE VII.

*De la volonté et du libre arbitre qui sont une même chose.*

Après avoir parlé de la puissance appréhensive intellectuelle, nous allons parler de la puissance motive ou appétitive qui est appelée volonté. Or la volonté est double; l'une naturelle, l'autre délibérative. En effet, la volonté peut être mue par un mouvement naturel comme les autres puissances, et cela pour le salut de la nature, et ainsi elle est appelée volonté naturelle. Elle peut, d'une autre manière, être mue vers quelque chose suivant qu'elle abonde plus que les autres en liberté en suivant son moteur qui est l'intellect ou la fantasia, et dans ce sens elle est indéterminée par rapport aux intelligibles, ce qui fait que dans ce sens elle est délibérative. Il n'y a pas cependant différentes volontés, mais une seule volonté diversement mue ou se mouvant elle-même. Mais cette volonté ne se divise pas par l'irascible et le concupiscible, comme l'appétit sensitif, parce qu'elle considère le bien sous la raison particulière du bien, comme le sens saisit la raison particulière du bien, en raison de quoi les appétits sensitifs sont diversifiés suivant les raisons particulières des biens. Car le concupiscible regarde la raison propre du bien en tant qu'il est délectable suivant les sens, et convenable à la nature. L'irascible, au contraire,

illa ad sapientiam quæ est de æternis, ista ad scientiam quæ est de temporalibus, tamen oportet quod ad eandem potentiam pertineat utrorumque consideratio. Dicitur tamen pars superior et inferior, quia pars a partitione dicitur; ibi autem, licet non sit partitio potentiarum, tamen partitio habituum et officiorum est ibi, et ideo dicuntur ab Augustino duæ partes.

### CAPUT VII.

*De voluntate et libero arbitrio, quod sunt idem.*

Viso de apprehensiva intellectiva, videamus de motiva vel appetitiva, quæ dicitur voluntas. Voluntas autem est duplex. Una naturalis, alia deliberativa. Potest enim voluntas moveri motu naturali sicut aliæ

potentiæ, et hoc ad salvationem naturæ, et sic dicitur voluntas naturalis. Alio modo potest moveri ad aliquid, secundum quod abundat ab aliis in libertate, sequendo suum motorem qui est intellectus vel fantasia, et sic est indeterminata, respectu intelligibilium, unde sic est deliberativa. Nec tamen sunt diversæ voluntates, sed una diversimode mota vel movens seipsam. Ista autem voluntas per irascibilem et concupiscibilem non dividitur, sicut appetitus sensitivus, quia respicit bonum sub particulari ratione boni, sicut et sensus particularem rationem boni apprehendit; ideo secundum particulares rationes bonorum diversificantur appetitus sensitivi. Concupiscibilis enim respicit propriam rationem boni, in quantum est delectabile secundum

regarde la raison particulière du bien, en tant qu'il le repousse et le combat, ce qui occasionne un préjudice. Or, la volonté considère le bien sous la raison universelle du bien, aussi les puissances ne sont pas diversifiées en elle suivant les raisons diverses des biens particuliers, suivant le concupiscible et l'irascible. La volonté délibérative et le libre arbitre ne sont qu'une même chose. Elle ne peut pas, en effet, être une habitude, comme certains l'ont dit, car par les habitudes nous nous portons vers les passions d'une manière déterminée en bien ou en mal, comme il a été dit dans le second livre des *Ethiques*; tandis que le libre arbitre se porte indifféremment à bien ou mal agir, c'est ce qui fait dire qu'il est une même puissance avec la volonté. Néanmoins il ne dénomme pas la volonté d'une manière absolue, mais bien par comparaison à la raison, en tant que, par exemple, la vertu de la raison délibérante demeure en elle; c'est pourquoi, comme vouloir est de la volonté, d'une manière absolue, de même choisir est du libre arbitre, en tant que la force de la raison demeure en elle. Mais, bien qu'elle soit une puissance, elle est quelquefois dénommée par son acte, ce qui fait qu'elle est appelée libre arbitre, comme libre jugement de la raison. Elle est aussi appelée faculté, parce que c'est une puissance disposée à l'opération. Elle est également appelée habitude, par saint Bernard, non pas en tant que l'habitude est séparée de la puissance, mais en tant qu'il signifie une habitude quelconque, par laquelle on se porte à l'acte de la même manière; c'est pourquoi le libre arbitre est brièvement comparé à la volonté de la même manière que la raison à l'intellect; parce que de même que la raison acquiert des connoissances en discourant d'une chose à une autre, ce que l'intellect fait simplement et d'une manière absolue, de même aussi le libre arbitre est un appétit pour acquérir quelque chose, c'est

sensum et conveniens naturæ. Irascibilis autem respicit particularem rationem boni secundum quod est repulsivum et pugnativum ejus, quod infert nocumentum. Voluntas autem respicit bonum sub universali ratione boni, et ideo non diversificantur in ea potentix secundum diversas particularium bonorum rationes, secundum concupiscibilem et irascibilem. Voluntas autem deliberativa et liberum arbitrium idem sunt. Non enim potest esse habitus, ut quidam dixerunt, quia per habitus nos habemus determinate ad passiones et actus bene vel male, ut dicitur II. *Ethic.* Liberum autem arbitrium indifferenter se habet ad bene agendum vel male, unde oportet dicere quod sit potentia eadem scilicet cum voluntate. Non tamen nominat voluntatem absolute, sed per comparationem ad rationem, in quantum

scilicet manet in ea virtus rationis deliberantis: unde sicut velle est voluntatis, absolute, ita eligere est liberi arbitrii, in quantum in ea manet virtus rationis. Licet autem sit potentia, tamen per actum suum aliquando nominatur, unde dicitur liberum arbitrium, quasi liberum de ratione iudicium. Facultas etiam dicitur, quia potentia est expedita ad operandum. Dicitur etiam habitus a Bernardo, non prout habitus dividitur contra potentiam, sed prout dicit aliquam habitudinem, per quam aliquis eodem modo se habet ad actum, unde breviter eodem modo comparatur liberum arbitrium ad voluntatem, sicut ratio ad intellectum, quia sicut ratio per discursum unius ad alterum cognoscit, quod intellectus simpliciter et absolute facit, sic liberum arbitrium est appetitus alicujus ad aliquid consequendum, unde est eorum

pour cela qu'il est des choses qui regardent la fin. Mais la volonté est l'appétit de la chose d'une manière absolue ; c'est pourquoi elle est dite être de la fin qui est appétée pour elle-même.

## CHAPITRE VIII.

*Dans quelles puissances de l'ame se trouve le péché, et quelles sont celles où il n'est pas.*

Après avoir parlé des puissances de l'ame, il faut examiner dans lesquelles le péché peut être ou n'être pas. Il faut donc dire, suivant saint Grégoire, que toute créature est comprise nominativement sous le nom d'homme, parce que celui-ci a quelque chose de commun avec toutes les créatures. Il a, en effet, l'être avec les pierres, la vie avec les arbres, la sensibilité avec les bêtes, l'intelligence avec les anges. Mais le mouvement ne lui convient pas par la raison par laquelle il a l'être, parce qu'alors le mouvement conviendrait à tous les êtres. Mais en vertu de la raison par laquelle il vit, sent et conçoit, un triple mouvement lui convient, savoir le mouvement naturel, le mouvement animal et le mouvement rationnel. Or, le mouvement naturel existe suivant une inclination nécessaire en dehors de l'appréhension de quelque chose de délectable, et comme lorsqu'il y a inclination nécessaire, il n'y a ni soumission, ni obéissance à la raison ; en conséquence le mouvement naturel dans l'homme, tel que le mouvement de nutrition, d'accroissement, de génération, en tant que ces mouvements suivent la nécessité de la nature et précèdent l'appréhension, ils ne peuvent être sujets du péché, par la raison que le péché est volontaire en quelque manière et sujet à la raison, c'est pourquoi il ne peut pas y avoir de péché dans les actes de la partie végétative. Le mouvement animal suit l'appréhension du délectable et a l'être

*quæ sunt ad finem. Voluntas autem est appetitus rei absolute : unde dicitur esse ipsius finis, qui propter se appetitur.*

### CAPUT VIII.

*In quibus potentiis animæ est peccatum, et in quibus non.*

Viso de potentiis animæ, videndum est in quibus potest esse peccatum, et in quibus non. Dicendum est ergo secundum Gregorium, quod omnis creatura, nomine homo intelligitur, quia cum omni creatura habet aliquid commune. Habet enim esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum bestiis, intelligere cum angelis. Ratione vero qua homo habet esse, non convenit ei aliquis motus, quia sic motus conveniret omnibus entibus. Ratione vero qua vivit, sentit et intelligit, convenit ei

aliquis motus, quia sic motus conveniret omnibus entibus. Ratione vero qua vivit, sentit et intelligit, convenit ei triplex motus, scilicet naturalis, animalis et rationalis. Motus autem naturalis est secundum necessariam inclinationem præter alicujus delectabilis apprehensionem, et quia ubi necessaria est inclinatio, ibi nulla subjectio vel obedientia ad rationem ; ideo motus naturalis in homine sicut est motus nutritivæ, augmentativæ, generativæ, secundum quod sequuntur naturæ necessitatem et antecedunt apprehensionem, non possunt esse subjectum peccati, eo quod peccatum aliquo modo est voluntarium et rationi subjectum, unde in actibus partis vegetativæ, non potest esse peccatum. Motus vero animalis sequitur delectabilis apprehensionem et habet esse in appetitu

dans l'appétit sensitif qui est rationnel par participation, ce qui fait dire à Aristote, sur la fin du premier livre de l'*Ethique*, qu'il est en quelque sorte soumis à la raison, quoi qu'il ne le soit pas *simpliciter* à cause de la corruption et de l'infection. D'où il suit que le péché, étant un acte moral et ordonné, peut se trouver dans la puissance qui est soumise d'une certaine façon au principe moral, c'est-à-dire à la volonté. Néanmoins, comme ces actes ou mouvements animaux ne sont pas entièrement soumis à l'empire de la volonté, parce qu'ils ne sont ni produits, ni commandés par la volonté, comme les mouvements qui comportent la délibération, mais sont seulement permis par la raison et la volonté, quoiqu'ils aient le caractère de péché, ce n'est que de péché incomplet, cependant, qui est le péché véniel, mais non complet, ce qui est le péché mortel. Donc, parce que le péché est attribué comme au sujet de la puissance qui le commet ou qui est son principe, conséquemment dans la sensualité qui dénomme l'appétit sensitif dans l'homme, comme il a été dit dans la distinction des puissances de l'ame, il peut y avoir péché véniel comme dans le sujet, mais non péché mortel. Le mouvement rationnel est celui qui est libre suivant la raison par laquelle un acte doit être ordonné vers sa fin légitime. C'est pourquoi, s'il est détourné de sa fin légitime, l'acte a le caractère de péché, parce que c'est le propre de la raison d'ordonner ses actes. Or la raison a un double acte, un selon soi, par comparaison à son objet qui est de connoître quelque vérité propre; il est désordonné quand la raison ne fait pas convenablement son office comme elle le doit, et ainsi le désordre est occasionné par l'ignorance. La raison a un autre acte comme directrice des actes humains, et cet acte consiste à dominer et à réprimer les forces inférieures, et elle pèche par cet acte, quand elle commande ce qu'elle ne doit pas

sensitivo, qui est rationalis per participationem, unde dicit Philosophus, I. *Ethic.*, in fine. Est itaque aliquo modo obediibile rationi, et si non simpliciter propter corruptionem et infectionem. Unde, quia peccatum est actus moralis et ordinatus, potest esse in illa potentia quæ subjacet aliquo modo principio morali, id est voluntati. Quia tamen actus isti vel motus animales non omnino subsunt imperio voluntatis, quia non eliciuntur, nec imperantur a voluntate, sicut motus deliberationem sumentes, sed solum permittuntur a ratione et voluntate; ideo licet habeant rationem peccati, tamen incompleti, quod est peccatum veniale, non autem completi, quod est mortale. Quia ergo peccatum attribuitur ut subjecto potentiae, quæ ipsum elicit vel est principium ejus; ideo in sensualitate quæ nominat appetitum sensitivum

in homine, ut dictum est in distinctione potentiarum animæ, potest esse peccatum veniale, tanquam in subjecto, non autem peccatum mortale. Motus autem rationalis est qui est secundum rationem liberum, per quam debet actus ordinari in debitum finem. Unde si deordinetur a debito fine, habet actus rationem peccati, cum rationi sit actum suum ordinare. Ratio autem habet duplicem actum. Unum secundum se, per comparisonem ad objectum suum, quod est cognoscere aliquod proprium verum, qui est tunc inordinatus, quando ratio non recte se habet circa ea ad quæ tenetur et debet, et sic inordinatio causatur ex ignorantia. Alium actum habet ratio, in quantum est directiva humanorum actuum, et iste actus est imperare vel coercere vires inferiores, et per istum actum peccat, quando imperat quod non debet

commander, ou ne réprime pas ce qu'elle doit réprimer. Il n'est pas contraire à cette doctrine de dire que le péché est dans la volonté ; car la raison précède la volonté d'une certaine façon, et de même celle-ci la raison, parce que la raison dirige la volonté, et la volonté meut la raison, et par conséquent le mouvement de la volonté est appelé rationnel, et le mouvement de la raison volontaire. Dans la raison même supérieure il peut y avoir péché tant mortel que véniel. Car la raison supérieure doit se montrer dans l'objet propre et dans les objets des forces inférieures. Elle ne se porte dans les objets des forces inférieures qu'en consultant sur eux les lois éternelles, c'est pourquoi elle se porte en eux par mode de délibération, d'où il arrive que si l'objet des forces inférieures est de sa nature péché mortel, l'acte de la raison supérieure est aussi mortel. Si, au contraire, cet objet est de la nature du péché véniel, il sera véniel, comme on voit lorsque l'on consent à une parole oiseuse. Quant à l'objet propre, la raison supérieure a un double mouvement, l'un qui est une simple intuition de son objet, et ce mouvement peut être subit dans les choses divines et désordonné, et parce que un désordre, subit sans délibération, n'est pas péché mortel, un tel acte est par conséquent péché véniel, comme un mouvement subit d'infidélité, quoique l'infidélité soit péché mortel. Il y a un autre acte de la raison supérieure relativement à l'objet propre par délibération, comme lorsqu'il arrive un mouvement de doute touchant la résurrection des morts et qu'on se rappelle en même temps que la résurrection des morts est révélée par la loi de Dieu. Si après le souvenir connu de la loi de Dieu on a un mouvement de doute, alors ce mouvement est délibéré, et c'est un péché d'infidélité complet et mortel. Il est ainsi évident que la raison inférieure peut pécher véniellement et mortellement, mais non sans le consen-

imperare, vel non coercesit quod debet coercescere. Nec contra istud est, quod peccatum dicitur esse in voluntate. Ratio enim quodammodo præcedit voluntatem, quodammodo voluntas rationem, quia ratio dirigit voluntatem, et voluntas movet rationem, et ideo motus voluntatis dicitur rationalis, et motus rationis voluntarius. In ratione etiam superiori potest esse peccatum tam mortale quam veniale. Ratio enim superior habet fieri in objectum proprium et in objecta virium inferiorum. In objecta virium inferiorum non fertur, nisi in consulendo eis leges æternas, et ideo in ea fertur per modum deliberationis, unde si objectum virium inferiorum est de genere suo mortale peccatum, actus etiam motus superioris rationis est mortale peccatum. Si autem sit in genere peccati venialis, erit veniale, ut patet cum

quis consentit in verbum otiosum. Circa proprium autem objectum habet ratio superior duplicem motum, unum scilicet simplicem intuitum sui objecti, et iste motus potest esse subitus circa divina et inordinatus, et quia inordinatio subita, sine deliberatione, non est peccatum mortale, ideo talis actus est peccatum veniale, ut subitus motus infidelitatis, quamvis infidelitas sit peccatum mortale. Alius est actus superioris rationis circa objectum proprium per deliberationem, ut cum occurrit motus infidelitatis de resurrectione mortuorum, et statim occurat resurrectionem mortuorum a lege Dei traditam, si post conscientiam legis habeat motum infidelitatis, tunc ille motus deliberatus est, et est peccatum infidelitatis completum et mortale. Et sic patet quod ratio inferior potest peccare venialiter et mortaliter, sed

tement ou la négligence de la raison supérieure. La raison supérieure de son côté peut pécher quelquefois véniellement, d'autres fois mortellement et dans la comparaison avec les objets des forces inférieures, et dans la comparaison avec l'objet propre. Or la volonté a son être principalement sujet du péché, parce qu'aucun acte n'est péché, sans être volontaire en quelque manière, comme un acte de la volonté de son âme, puisqu'il n'y a point d'acte proprement bon ou mauvais d'une bonté ou d'une malice morale, comme l'acte de la volonté, et parce que l'acte de la volonté ne passe pas dans la matière extérieure, mais demeure dans l'agent dont il est le plus parfait, un tel acte est par conséquent dans la volonté comme dans le sujet. C'est pourquoi c'est dans la volonté que se trouve le plus complètement le péché, et dans les autres puissances en raison de leur soumission à la volonté, ainsi qu'on a pu le voir.

*Fin du quarante-deuxième opuscule de saint Thomas d'Aquin sur les puissances de l'âme.*

L'Abbé VÉDRINE.

non sine consensu vel negligentia superioris. Ratio vero superior, quandoque venialiter, quandoque mortaliter et in comparatione ad objecta virium inferiorum, et in comparatione ad objectum proprium. Ipsa autem voluntas maxime subjectum peccati habet esse, quia nullus actus est peccatum, nisi aliquo modo sit voluntarius, sicut actus animæ ipsius voluntatis, cum nullus actus sit ita proprie bonus vel malus bonitate vel malitia morali, sicut actus

voluntatis. Et quia actus voluntatis non transit in exteriorem materiam, sed manet in agente, cujus est perfectior, ideo talis actus est in voluntate sicut in subjecto. Unde et in voluntate completissime habet esse peccatum, et in aliis potentiis secundum quod voluntati subduntur, ut visum est.

*Explicit Opusculum quadragesimum secundum divi Thomæ Aquinatis, de potentiis animæ.*

---



---

## OPUSCULE XLIII.

DU MÊME DOCTEUR, SUR LE TEMPS.

### CHAPITRE PREMIER.

*Le temps a l'être en dehors de la matière.*

Au sentiment d'Aristote, au deuxième livre de la Métaphysique, la difficulté dans la connoissance de la vérité a deux causes, dont l'une vient de nous et l'autre des choses qui sont l'objet de la cognition. Car toute chose étant connue suivant ce qu'elle est en acte, les choses qui sont le plus en acte en elles-mêmes, sont celles qui sont le plus susceptibles d'être connues. C'est pourquoi, si notre intellect ne peut parvenir à les atteindre, cela vient de nous et non pas d'elles. Celles, au contraire, qui ont la plus petite entité en elles-mêmes, sont celles qui sont le moins susceptibles d'être connues. Si nous les ignorons, cela vient non-seulement de nous, mais aussi d'elles. Or, de telles choses sont matière première laquelle n'est pas en soi être en acte; ce sont des choses successives qui n'ont pas une existence complète par soi, mais une existence par quelque chose indivisible de soi; du nombre de ces choses est le temps. Il suit de là qu'il est difficile de savoir ce que c'est que le temps. Néanmoins, pour connoître ce qu'il est, il faut connoître s'il est, parce qu'il est impossible de connoître ce qu'est une chose, si on ignore si elle est. On doute donc d'abord si le temps existe, et il

---

## OPUSCULUM XLIII.

EJUSDEM DOCTORIS, DE TEMPORE.

### CAPUT PRIMUM.

*Quod tempus habet esse extra materiam.*

Sicut vult Philosophus, II. *Metaph.*, difficultas in cognoscendo veritatem, causatur ex duobus, quia causatur quandoque ex parte nostra, quandoque ex parte rerum cognoscibilium. Cum enim unumquodque cognoscatur secundum quod est in actu, quæ secundum se sunt maxime actu, secundum se sunt maxime cognoscibilia. Unde quod intellectus noster ad eorum cognitionem non attingat, hoc non est ex parte eorum, sed ex parte nostra. Illa vero quæ minimam entitatem habent secundum

se, sunt minime cognoscibilia. Unde quod ea ignoremus, hoc non solum est ex parte nostra, sed etiam ex parte eorum. Talia autem sunt materia prima, quæ secundum se non est ens in actu, et omnia successiva, quæ secundum se tota non extant, sed secundum aliquid indivisibile sui, de numero quorum est tempus. Ex quo sequitur quod difficile est cognoscere quid sit tempus. Ad cognoscendum tamen quid sit, oportet cognoscere an sit, quia impossibile est cognoscere de aliquo quid sit, ignorato an sit. Dubitatur ergo primo an tempus sit, et videtur quod non, quia illud quod componitur ex partibus quæ non sunt, vide-



parôit que non, parce que ce qui se compose de parties qui n'existent pas semble n'avoir pas d'existence. Car l'entité d'un tout semble résulter de l'entité des parties; or le temps se cômpose du passé et de l'avenir qui n'existent pas, le passé a existé et n'existe plus, et l'avenir n'existe pas encore; il semble donc que le temps ne possède pas l'être. Et on ne peut pas dire qu'une partie du temps existe maintenant ensoi, parce qu'il n'y a pas dans le moment présent une partie du temps. Car toute partie prise une fois sert à mesurer le tout, ou du moins toute partie tombe dans la composition du tout. Mais ce qui est pris présentement en plusieurs fois ne sert pas à mesurer le temps, et le temps n'en est pas composé non plus, comme on le prouve dans le livre VI de la Physique, par la raison qu'une chose continue ne peut être composée d'indivisibles. D'où il est évident que le moment présent n'est pas une partie du temps. Il n'y a donc rien du temps qui soit partie du temps. Je réponds qu'il faut dire que l'existence du temps est nécessaire, ce qui est évident puisque toutes les choses génétables et corruptibles sont mesurées par le temps, car elles tirent du temps le principe et la fin de leur être, ainsi que le veut Aristote, livre IV de la Physique. Si donc le temps n'existoit pas, il n'y auroit rien de génétable ou d'incorruptible, ce qui ne peut se dire. Il s'est cependant trouvé des philosophes qui, pour les raisons alléguées ci-dessus, ont affirmé que le temps n'existoit que dans l'ame, et ils donnent deux raisons pour prouver leur assertion. La première, c'est que le temps étant un nombre mê, ou il existe dans la matière numérable, ou dans l'ame qui nombre; la première supposition ne peut pas se faire, parce que la matière numérable du temps n'est autre chose que la priorité ou la postériorité dans le mouvement, en quoi il ne peut pas être, puisque ce sont des non-êtres. Il s'ensuit donc que

tur non esse. Entitas enim totius videtur consurgere ex entitate partium; tempus autem componitur ex præterito et futuro, quæ non sunt, præteritum enim fuit et non est, futurum autem nondum est, videtur ergo tempus non esse. Nec potest dici, quod aliqua pars temporis sit, scilicet ipsum nunc, quia nunc pars temporis non est. Omnis enim pars aliquoties accepta mensurat totum, aut saltem omnis pars cadit in compositione totius. Nunc autem multoties acceptum, non mensurat totum tempus, nec iterum ex ipsis non componitur tempus, ut probatur VI. *Phys.*, eo quod ex indivisibilibus non potest componi aliquod continuum. Unde manifestum est quod nunc non est pars temporis. Nihil ergo quod sit pars temporis, de tempore existit. Respondeo dicendum, quod neces-

sarium est tempus esse; quod patet quia omnia generabilia et corruptibilia tempore mensurantur. Accipiunt enim principium et finem sui esse in tempore, ut vult Philosophus, IV. *Phys.* Si ergo tempus non esset, nihil esset generabile vel corruptibile, quod est inconueniens, tempus ergo est. Fuerunt tamen quidam, qui propter rationem superius inductam, dixerunt tempus non esse nisi in anima, qui ad confirmandam suam positionem adducunt duas rationes. Prima est, quia cum tempus sit numerus motus, aut erit in materia numerabili, aut in anima numerante; non primum, quia materia numerabilis temporis non est nisi prius et posterius in motu, in quibus nihil potest esse, cum ipsa sint non entia. Sequitur ergo quod tempus solum sit in anima numerante. Secunda est ratio,

le temps existe seulement dans l'ame numératrice. La seconde raison est que si le temps existoit dans une chose *ab extra*, comme le nombre d'un mouvement extérieur, il s'ensuivroit alors que celui qui ne saisiroit pas le mouvement extérieur, ne saisiroit pas non plus le temps, ce qui est contraire au sentiment d'Aristote, qui dit au quatrième livre de la Physique, que si étant dans les ténèbres nous n'éprouvons rien par la vue des choses extérieures visibles, et nous ne sentons pas quelque mouvement des corps extérieurs, pourvu néanmoins qu'il se fasse quelque mouvement dans l'ame par la succession des pensées et des imaginations, nous avons toujours le sentiment du temps. Il suit de là que le temps suit toujours le mouvement qui est dans l'ame, et qu'il n'existe que dans l'ame. C'étoit l'opinion de Galénius admise aussi en partie par Averrhoès, lorsqu'il a dit que le temps étoit hors de l'ame sous un certain rapport, mais seulement dans l'ame quant à son complément. Cela ne peut être vrai, parce que le temps étant un nombre mù et un nombre nombré, il est ainsi nécessaire que le temps existe comme existe le mouvement. Or, il est constant que le mouvement est dans la chose *ab extra*, donc le temps existe *ab extra* dans la chose. De même une quantité continue est une vraie chose hors de l'ame; or le temps est une vraie quantité continue, donc il est impossible qu'il soit dans l'ame; il faut donc dire par conséquent que le temps est dans la chose *ab extra*. Pour comprendre cela il faut considérer que le nombre étant dans les choses nombrées, comme l'être des choses nombrées dépend de l'intellect numérateur, il en est de même du nombre, tandis que l'être des choses nombrées ne dépend pas de notre intellect, mais bien de l'intellect qui est la cause des choses, comme l'intellect divin. Donc le nombre des choses ne dépend pas non plus de notre intellect. Or, le temps est un nombre

quia si tempus esset in re extra, tanquam numerus alicujus motus exterioris, tunc sequitur quod qui non apprehenderet motum exteriorem, non apprehenderet tempus, cujus oppositum vult Philosophus, IV. *Phys.*, qui dicit, quod si sumus in tenebris et nihil patiamur per visum ab exterioribus visibilibus, nec sentiamus aliquem motum exteriorum corporum, dum tamen fiat aliquis motus in anima per successionem cogitationum vel imaginationum, semper sentimus tempus. Ex quo sequitur quod tempus semper sequatur motum qui est in anima, et quod solum sit in anima. Hujus opinionis fuit Galenus, cui etiam in tantum consensit Averrhoes, quod dixit, tempus secundum quid esse extra animam, secundum vero complementum sui, esse solum in anima. Istud non potest habere

veritatem, quia cum tempus sit numerus motus et sit numerus numeratus, sic est necesse esse tempus, sicut et motus. Constat autem quod motus est in re extra. Ergo et tempus est in re extra. Item, quantitas continua est vera res extra animam, tempus autem est vera quantitas continua, ergo impossibile est quod sit in anima. Et ideo dicendum, quod tempus sit in re extra. Ad cujus intellectum considerandum est, quod cum numerus sit in rebus numeratis, sicut dependet esse rerum numeratarum ab intellectu numerante, ita et numerus. Esse autem rerum numeratarum non dependet ab intellectu nostro, sed ab intellectu qui est causa rerum, sicut est intellectus divinus. Ergo nec numerus rerum dependet ab intellectu nostro. Tempus autem numerus motus est, et ideo sicut

mù, et conséquemment comme le mouvement ne dépend pas de notre intellect, il en est de même du temps. Il y en a cependant qui disent que le mouvement dépend aussi de l'ame, parce que le mouvement étant quelque chose de successif, ses parties qui sont l'antériorité et la postériorité, n'ont pas l'être *ab extra* dans la chose, mais seulement dans l'ame comparant la première disposition du mobile à la disposition suivante, et par conséquent il n'a l'être dans l'ame que *simpliciter* et quant à son être parfait. Mais dans la chose *ab extra* il n'a l'être que suivant quelque chose d'indivisible de soi, et cet être est un être imparfait *secundum quid*; ils en disent de même du temps. Cette assertion ne peut tenir, parce que ce en quoi le mouvement existe suivant son être complet et parfait, se meut d'une manière nécessaire. Donc, si le mouvement existoit dans l'ame suivant son être complet, l'ame auroit un mouvement nécessaire, ce qui ne peut pas être. C'est pourquoi il faut comprendre que tout être vient de l'acte. Or, l'acte est divisible, comme le veut Aristote, livre IX de la Métaphysique. Car il y a un acte existant tout entier et simultanément, comme l'ame ou la blancheur. Il y a un autre acte successif, comme le jour, l'agonie, l'infini, le vide, au nombre desquels sont le mouvement et le temps. Donc, comme l'être suit l'acte, le mode d'être suivra le mode d'acte. Donc l'être qui vient de l'acte premier est d'être simultanément, et un tel être est l'être complet qui est dû à une chose perfectionnée par l'acte premier. Au contraire, l'être qui vient de l'acte second, c'est-à-dire de l'acte successif, est un être successif. Et tel est l'être parfait qui est dû à un tel acte ou à une chose perfectionnée par un tel acte; par conséquent l'être parfait du mouvement et du temps, qui est dû à l'un et à l'autre suivant la raison de sa propre espèce, n'est pas un être simultanément existant, comme ils disent, mais bien un être en suc-

motus non dependet ab intellectu nostro, ita nec tempus. Sunt tamen quidam, qui dicunt etiam motus dependere ab anima, quia cum motus sit aliquod successivum, partes ejus quæ sunt prius et posterius, non habent esse in re extra, sed solum in anima comparante priorem dispositionem mobilis ad posteriorem, et ideo solum habet esse in anima simpliciter, et quantum ad esse suum perfectum. In re autem extra habet esse solum secundum aliquod indivisibile sui, et istud esse est imperfectum esse et secundum quid, et idem dicunt ipsi de tempore. Istud non potest stare, quia illud in quo motus est secundum esse suum completum et perfectum, necessario movetur. Si ergo motus secundum esse suum completum esset in anima, anima necessario moveretur, quod est inconveniens, et ideo intelligendum est quod omne esse ab

actu est. Actus autem est divisibilis, ut vult Philosophus, IX. *Metaph.* Est enim actus quidam totus simul existens, sicut anima aut albedo. Et est alius actus successivus, ut dies et agon, infinitum et vacuum, de numero quorum sunt et motus et tempus. Cum ergo esse sequatur actum et modus essendi sequetur modum actus, esse igitur quod est ab actu primo, est esse simul, et tale est esse completum quod debetur rei perfectæ per primum actum. Esse vero quod est ab actu secundo, scilicet ab actu successivo, est esse successivum. Et tale est esse perfectum, quod debetur tali actui vel rei perfectæ per talem actum, et ideo esse perfectum ipsius motus et temporis, quod debetur utrique secundum rationem propriæ speciei, non est esse simul existens, sicut ipsi dicunt, sed est esse in successione, quod est secundum aliquid in-

ession, ce qui est suivant quelque chose d'indivisible de soi. La solution est évidente pour les raisons opposées. A la première assertion il faut dire, que le passé et le futur ne sont pas pour exister simultanément, et cela n'est pas requis pour l'être du temps, puisqu'il est successif, comme on l'a dit. Il a néanmoins l'être par quelque chose d'indivisible de soi qui les continue présentement. Aux autres raisons qui prouvent que le temps existe dans l'ame il faut répondre : lorsqu'on dit, le temps étant nombre possède l'être dans la matière numérable qui est l'antériorité et la postériorité, il faut dire que le temps a l'être dans l'antériorité et la postériorité du mouvement. Et lorsque vous dites que ces choses n'existent pas, c'est vrai sous l'être permanent, elles ont néanmoins l'être successif, comme il a été dit. A l'autre assertion il faut répondre que le temps suit un mouvement extérieur, savoir le premier mouvement ; il n'y a pas d'empêchement à cela dans ce que en saisissant tout mouvement, le mouvement premier est aussi compris au moins virtuellement, parce qu'il est la cause de toute transmutation. Mais parce qu'on a dit que le temps étant successif ne possède l'être que par le moyen de quelque chose indivisible de soi qui est le présent, ce n'est pas sans raison que l'on doute si le moment présent est le même dans le même temps, ou s'il est successivement différent. Il semble qu'il est absolument le même, car de même qu'il est impossible que deux parties de temps existent ensemble à moins qu'une ne contienne l'autre, comme l'année contient le mois, le mois la semaine, la semaine le jour ; de même aussi il est impossible que deux instants présents existent en même temps dans le temps, puisque l'un ne renferme pas l'autre ; si donc le premier moment présent ne peut pas être en même temps que le suivant, il faut nécessairement que le premier soit anéanti. Or, tout ce qui est altéré l'est dans quelque instant pré-

divisibile ipsorum. Ad rationes in oppositum patet solutio. Ad primum dicendum, quod præteritum et futurum non sunt sic, ut simul sint, nec hoc requiritur ad esse temporis, cum sit successivum, ut declaratum est ; habet tamen esse per aliquid indivisibile sui, quod continuat ea, scilicet per ipsum nunc. Ad alias rationes probantes tempus esse in anima dicendum est. Cum arguitur, tempus cum sit numerus, aut habet esse in materia numerabili quæ sunt prius et posterius, dicendum quod tempus habet esse in priori et posteriori motus. Et cum dicis, quod hæc non sunt, verum est sub esse permanenti, habent tamen esse successivum, ut dictum est. Ad aliud dicendum, quod tempus sequitur motum exteriorem aliquem, scilicet primum motum ; nec obstat hoc, quia apprehenso quo-

cumque motu, comprehenditur motus primus saltem virtualiter, eo quod ipse est causa omnium transmutationis. Quia vero dictum est, quod tempus cum sit successivum, habet esse solum per aliquod indivisibile sui, quod est nunc, non irrationabiliter dubitatur, utrum sit unum et idem nunc in eodem tempore, an aliud et aliud. Videtur enim, quod sit unum et idem, quia sicut impossibile est duas partes temporis simul esse, nisi una contineat aliam, sicut annus mensem, mensis septimanam, septimana diem ; ita impossibile est duo nunc in tempore simul esse, cum unum non contineat alterum ; si ergo primum nunc non potest simul esse cum posteriori, necesse est primum esse corruptum. Omne autem quod est corruptum, corruptum est in aliquo nunc. Nunc ergo quod est corrup-

sent. Donc le présent qui est altéré, ou est altéré en lui-même ou dans quelque instant présent postérieur, parce que cela seroit ou dans le présent médiat ou dans le présent immédiat; ce n'est pas dans le présent immédiat, parce que l'instant présent n'est pas la continuation d'un autre instant présent, de même que un point ne continue pas un autre point, comme on le prouve dans le sixième livre de la Physique. Il ne peut pas non plus être corrompu dans le moment présent médiat, parce qu'il y a un temps moyen entre deux présents, de même qu'il y a une ligne médiane entre deux points. Or, dans tout temps il y'a une infinité de moments présents. Si donc le présent antérieur étoit altéré dans le présent postérieur médiat, il s'ensuivroit qu'il auroit l'être avec une infinité de présents moyens, ce qui est impossible. Il est donc impossible qu'il y ait dans le temps deux moments présents. Il y a à cela une double objection. D'abord, parce que chaque continu fini a au moins deux termes. Or, le présent est le terme du temps, et pour déterminer un temps limité. Donc il y a au moins deux présents dans le temps. La seconde c'est qu'on dit que des choses existent ensemble lorsqu'elles existent dans le même temps présent. Si donc il n'y avoit pas plusieurs présents dans le temps, mais bien un seul, il s'ensuivroit que les choses qui se feront dans mille ans existeroient en même temps que les choses qui existent aujourd'hui. Or c'est impossible. Il faut remarquer qu'ainsi qu'il a été dit, l'existence des choses successives consiste en ce qu'elles existent suivant quelque chose d'indivisible de soi qui peut être manifesté, parce que chaque partie d'une chose successive est divisible en différentes parties. Si donc il existoit quelque chose de successif, non-seulement suivant quelque chose d'indivisible de soi, mais suivant quelque partie de soi, il s'ensuivroit qu'un grand nombre de parties d'une chose successive existeroient en même temps, ce qui est

tum, aut est corruptum in seipso aut in aliquo posteriori; non in seipso, quia nunc est, nec in aliquo posteriori, quia aut hoc esset in nunc mediato, aut in nunc immediato: non in nunc immediato, quia unum nunc, non est continuura alii nunc, sicut nec punctus puncto, ut probatur VI. *Phys.* Nec potest corrumpi in nunc mediato, quia inter quælibet duo nunc, est tempus medium, sicut inter quælibet duo puncta, est linea media. In quolibet autem tempore sunt infinita nunc. Si ergo nunc prius, corrumpere in nunc posteriori mediato, sequitur quod haberet esse cum infinitis nunc mediis, quod est impossibile. Impossibile est ergo, duo nunc esse in tempore. Oppositum hujus videtur dupliciter. Primo quia cujuslibet continui finiti sunt duo ter-

mini ad minus; nunc autem terminus temporis est, et est accipere tempus finitum, ergo ad minus sunt duo nunc in tempore. Secundo, quia illa dicuntur simul esse, quæ sunt in eodem nunc temporis. Si ergo non essent plura nunc in tempore, sed unum tantum, sequitur quod ea quæ fiunt post millesimum annum, simul essent cum his quæ sunt hodie; hoc autem est impossibile. Intelligendum quod, sicut dictum est, esse successivorum consistit in hoc quod existant secundum aliquid indivisibile sui, quod manifestari potest, quia quælibet pars cujuslibet successivi divisibilis est in diversas partes. Si ergo aliquod successivum existeret non solum secundum aliquid indivisibile sui, sed secundum aliquam sui partem, sequitur quod multæ partes ali-

contraire à la condition des choses successives. Nous pouvons prouver cela plus particulièrement à l'égard du temps, parce que chaque partie du temps est temps. Si donc il existoit quelque partie du temps, il s'ensuivroit que le temps existeroit en soi, ce qui est faux. Donc le temps existe en quelque chose de divisible de soi, qui est le moment présent. Cela supposé, il faut dire que le seul et même présent se trouve dans tout le temps selon la substance, différent quant à l'être et la raison. La raison de cela est que au moment présent qui est dans le temps succède ou un autre présent ou quelque partie, et non un autre présent; parce que un moment présent ne peut pas être continué par un autre; ce n'est pas non plus quelque partie de temps, parce que nulle partie de temps ne peut exister en soi, comme il a été prouvé. Donc il est impossible qu'un présent succède à un autre présent dans le temps. En outre, il en est du présent, relativement au temps, comme de ce qui est porté au mouvement, de même que nous connoissons le mouvement par ce qui y est porté, aussi bien que l'antériorité et la postériorité dans le mouvement en voyant les différentes positions de ce qui est mû, ainsi sont déterminées par le présent dans le temps l'antériorité et la postériorité. Mais ce qui est porté au mouvement est identiquement le même dans tout le mouvement, mais différent quant à l'être, en raison du changement de position. Donc, le présent est identiquement le même dans tout le temps suivant la substance et différent quant à l'être selon qu'il est considéré dans les différentes successions de temps. Et les raisons alléguées d'abord ne valent rien. Car lorsqu'on dit que chaque fini a au moins deux termes, il faut dire que chaque fini continu permanent a deux termes différents quant à la chose, mais pour le continu fini successif il n'est pas nécessaire

cujus successivi simul essent, quod est contra rationem successivorum. Specialius autem possumus hoc probare de tempore, quia quælibet pars temporis est tempus. Si ergo aliqua pars temporis existeret, sequitur quod tempus secundum se existeret, quod est falsum. Existit ergo tempus secundum aliquid sui indivisibile, illud autem est nunc. Hoc supposito dicendum est quod unum et idem nunc est in toto tempore secundum substantiam, differens secundum esse et rationem. Cujus ratio est, quia ipsi nunc, quod est in tempore, aut succedit aliud nunc, aut aliqua pars temporis, non aliud nunc; quia unum nunc non potest continuari alii nunc; non aliqua pars temporis, quia nulla pars temporis secundum se existere potest, ut probatum est. Ergo impossibile est quod unum nunc succedat alii nunc in tempore. Præterea, sicut se habet illud quod fertur ad motum, ita nunc ad tempus, quia sicut per illud quod fertur, cognoscimus motum et prius et posterius in motu, in quantum videmus illud quod movetur, aliter et aliter se habere, ita per nunc determinatur prius et posterius in tempore. Sed quod fertur unum est et idem secundum substantiam in toto motu, aliud et aliud secundum esse in quantum est alibi et alibi. Ergo et ipsum nunc unum et idem est in toto tempore secundum substantiam, aliud et aliud secundum esse, in quantum scilicet consideratur in alio et alio successu temporis. Nec valent rationes prius adductæ. Cum enim dicitur quod cujuslibet finiti sunt duo termini ad minus, dicendum quod cujuslibet continui finiti permanentis, sunt duo termini differentes secundum rem, continui vero finiti successivi non oportet quod sint duo termini secundum subjectum, sed solum secundum ra-

qu'il y ait deux termes suivant le sujet, mais bien suivant la raison. C'est pourquoi il est faux de supposer qu'il y a un temps limité. En effet, il ne faut pas prendre un temps fini en acte et limité par le présent, si ce n'est dans notre imagination, ou par rapport à quelque mouvement qui est limité dans le temps. Car tout le temps est continu en soi et il n'y a actuellement nulle partie séparée de l'autre. A l'autre objection, il faut répondre que l'on ne dit pas exister simultanément suivant le temps les choses qui sont dans le même présent quant à la substance, mais bien celles qui sont dans le même présent quant à l'être et à la raison. Mais les choses qui arriveront dans mille ans et celles qui existent aujourd'hui, quoiqu'elles soient dans le même présent quant à la substance, elles n'y sont pas quant à l'être, on ne doit donc pas dire qu'elles existent simultanément.

## CHAPITRE II.

*Le temps n'est pas un mouvement, mais quelque chose du mouvement.*

Après avoir reconnu que le temps existe, il faut rechercher ce qu'il est. Or, il faut considérer que le temps n'est pas un mouvement comme certains ont cru que le temps étoit un mouvement du ciel appelé circulation, parce que toute partie du temps est temps. Si donc le temps étoit une circulation, il s'ensuivroit que toute partie de la circulation seroit circulation, ce qui est cependant faux. De même, tout mouvement est prompt ou lent, or le temps n'est ni rapide ni lent, donc le temps n'est pas un mouvement. La mineure est évidente, car la rapidité et la lenteur sont déterminées par le temps, mais le temps n'est pas déterminé par le temps, ni quant à la quantité, ni quant à la qualité. Secondement, il faut considérer que quoique le temps ne soit

tionem. Et præterea falsum supponit ratio in hoc quod ponit quod est dare tempus finitum. Non enim est accipere aliquod tempus actu finitum et terminatum per nunc, nisi secundum imaginationem nostram, vel per relationem ad aliquem motum, qui in tempore terminatur. Totum enim tempus secundum se continuum est, nec est actualiter una pars divisa ab alia. Ad aliud dicendum, quod non dicuntur esse simul secundum tempus, quæcumque sunt in nunc eodem secundum substantiam, sed quæ sunt in eodem nunc secundum esse et secundum rationem. Illa autem quæ fiunt post millesimum annum et quæ sunt hodie, licet sint in eodem nunc secundum substantiam, non tamen sunt in eodem secundum esse, et ideo non oportet quod dicatur esse simul.

### CAPUT II.

*Quod tempus non est motus, sed aliquid ejus.*

Viso ergo quod tempus sit, inquirendum est quid sit. Est autem considerandum, quod tempus non est motus, sicut quidam opinati sunt tempus esse motum cæli, qui circulatio dicitur, quia quælibet pars temporis est tempus. Si ergo tempus esset circulatio, sequeretur quod quælibet pars circulationis esset circulatio, quod tamen falsum est. Item omnis motus est velox vel tardus, tempus autem nec tardum est, nec velox. Ergo tempus non est motus. Minor patet, quia velox et tardum determinantur tempore, tempus autem non determinatur tempore, nec quantum ad qualitatem. Secundo considerandum, quod

pas un mouvement, il n'est pas cependant sans mouvement. En effet, comme nous ne nous transformons pas dans notre cognition par la succession des choses susceptibles de cognition, nous ne saisissons pas alors le temps, parce que nous ne saisissons pas le mouvement, comme il arriva aux dormeurs de Sardes de la fable. Là, par le moyen de certains enchantements, on rendoit insensibles des hommes qui, à leur réveil, disoient avoir vu des merveilles. Ces personnes en s'éveillant ne tenoient pas compte du temps qui s'étoit écoulé, parce qu'elles joignoient l'instant présent où elles s'étoient endormies à l'instant présent où elles s'étoient réveillées, comme s'il n'y avoit pas eu de temps intermédiaire. De même donc que s'il n'y avoit rien eu d'intermédiaire entre ces deux instants présents, il n'y auroit pas eu de temps, ainsi elles ne percevoient pas le temps, parce qu'elles ne percevoient pas l'intermédiaire ; donc de même, nous ne percevons pas le temps, parce que nous ne percevons pas le mouvement. Mais lorsque nous percevons le mouvement et que nous déterminons en lui l'antériorité et la postériorité, alors nous percevons le temps. Il reste donc à dire que quoique le temps ne soit pas un mouvement, il n'est pas néanmoins sans mouvement. Donc comme nous connoissons en même temps le mouvement et le temps, il est évident que le temps est quelque chose du mouvement lui-même. Or, le mouvement suit la grandeur sous deux rapports, quant à la continuité et quant à l'antériorité et à la postériorité, et il en est de même du temps à l'égard du mouvement. Mais la priorité et la postériorité du mouvement, quoiqu'elles soient subjectivement la même chose avec le mouvement, en différent néanmoins en raison, par la raison que dans la définition du mouvement elles sont déterminées dans le liv. IV de la Physique. Conséquemment il reste à chercher en raison de quoi le temps suit le mouvement, si c'est absolument en raison du mouvement ou de l'antériorité

---

licet tempus non sit motus, non tamen est sine motu. Cum enim nos non transmutamur secundum cognitionem nostram per successionem cognoscibilium, tunc non apprehendimus tempus, quia nec apprehendimus motum, sicut accidit his quos fabulantur dormisse in Sardo apud Heroes. Ibi enim reddebantur aliqui insensibiles propter quasdam incantationes, quod excitati dicebant se vidisse quædam mirabilia. Tales autem qui excitabantur, non percipiebant tempus quod fluxerat, eo quod copulabant primum nunc in quo dormire cœperant, posteriori nunc, in quo excitati fuerant, ac si non fuisset tempus medium. Sicut ergo si nihil fuisset medium inter illa duo nunc, non fuisset tempus, ita quia non percipiebant medium, non percipiebant tempus, sic ergo non percipimus tempus, quia non percipimus motum. Cum autem percipimus motum et determinamus prius et posterius in ipso, tunc percipimus tempus. Relinquitur ergo, quod licet tempus non sit motus, non tamen est sine motu. Quia ergo simul cognoscimus motum et tempus, manifestum est quod tempus est aliquid ipsius motus. Motus autem sequitur magnitudinem quantum ad duo, scilicet quantum ad continuitatem et quantum ad prius et posterius, et similiter tempus motum. Prius autem et posterius motus, licet sint idem subjecto cum motu, differunt tamen ratione, eo quod in definitione motus assignantur in IV. *Physic.* Et ideo restat inquirere, ratione cujus tempus sequitur motum, utrum scilicet ra-



rité et de la postériorité. Il faut dire que c'est à raison de l'antériorité et de la postériorité, parce que c'est par là que le temps se reconnoît. Donc le temps suit le mouvement à raison de la priorité et de l'antériorité, sur quoi il faut comprendre que l'antériorité et la postériorité dans le mouvement peuvent être considérées sous un double point de vue. Le premier suivant qu'elles sont sous la forme de continu d'une manière absolue, et de cette manière en connoissant l'antériorité et la postériorité, nous connoissons en même temps le mouvement. Le second, suivant qu'elles sont sous une forme discrète, en tant que, par exemple, l'ame dit que la postériorité est différente de l'antériorité, que ce sont deux choses diverses, et une seule chose, et ainsi le temps n'est pas absolument le mouvement, ni absolument non plus l'antériorité et la postériorité du mouvement, mais c'est l'antériorité et la postériorité du mouvement dénombrées, comme il a été dit. Nous pouvons tirer de là une définition du temps, que le temps est le nombre mù suivant l'antériorité et la postériorité. Que le temps soit un nombre, c'est évident. C'est par le nombre en effet que nous jugeons du plus ou du moins d'une chose, et c'est par le temps que nous jugeons du plus ou du moins dans le mouvement; donc le temps est un nombre. Or, il y a deux sortes de nombres, le nombre absolu qui sert à la numération, comme un, deux, trois, et le nombre nommé, comme le nombre dix hommes. Le temps, en effet, n'est pas un nombre servant à la numération, mais un nombre nommé, c'est l'antériorité et la postériorité en tant que nombrées dans le mouvement. Et quoique le nombre servant à la numération soit quelque chose de discret, le temps est cependant quelque chose de continu, comme dix aunes de drap sont continues, quoique le nombre dix soit quelque chose de discret. Le temps étant donc quelque chose de discret et quelque chose de con-

tione motus absolute aut ratione prioris et posterioris. Dicendum, quod hoc est ratione prioris et posterioris, quia ex priori et posteriori in motu cognoscitur tempus. Ergo tempus sequitur motum ratione prioris et posterioris, juxta quod intelligendum est, quod prius et posterius in motu possunt considerari dupliciter. Uno modo, prout sunt sub forma continui absolute, et sic cognoscendo prius et posterius, simul cognoscimus motum. Alio modo, ut sunt sub forma discreta, in quantum scilicet anima dicit posterius esse aliud a priori, et ipsa esse duo et unum, et sic tempus non est motus absolute, nec prius ac posterius motus absolute, sed est prius et posterius motus ut numerata sunt. Ex quo possumus concludere diffinitionem temporis, quod tempus est numerus motus

secundum prius et posterius. Quod autem tempus sit numerus patet. Numero enim judicamus aliquid plus vel minus, tempore autem judicamus motus esse minorem et majorem. Ergo tempus est numerus. Numerus autem est duplex. Est enim numerus absolute quo numeramus, ut unum, duo, tria, etc. Et numerus numeratus, ut numerus decem hominum. Tempus enim non est numerus quo numeramus, sed numerus numeratus; est enim prius et posterius, ut numerata sunt in motu. Et licet numerus quo numeramus, sit aliquid discretum, tamen tempus est aliquid continuum, sicut decem ulnæ panni sunt continuæ, licet numerus denarius sit aliquid discretum. Quia ergo tempus et est aliquid discretum et aliquid continuum, relinquatur quod in tempore est dare aliquo modo

tinu, il reste à reconnoître dans le temps un nombre minime dans un sens et non dans un autre. Car dans un nombre on peut simplement prendre le plus petit comme l'unité, ou un des plus petits comme le nombre deux, qui a la raison de nombre. Mais dans le nombre nommé, comme dans la multitude des lignes, il faut prendre le moindre suivant la multitude, comme une ou deux lignes. Mais suivant la grandeur il ne faut pas prendre la plus petite ligne, parce que toute ligne est divisible en d'autres lignes. Comme aussi dans le temps il faut prendre le plus petit temps suivant la multitude, comme par exemple un jour ou deux jours dans le genre des jours; mais il ne faut pas prendre le plus petit suivant la grandeur, parce que tout temps est divisible à l'infini, ainsi que tout continu. Or, parce que le temps est nombre et qu'il est aussi continu, voilà pourquoi on dit qu'il est abondant et rare, long et court, mais non rapide ou lent. L'abondance et la rareté sont des passions du nombre, et c'est pour cela que le temps étant nombre est dit abondant ou rare. Long ou court sont des passions du continu, c'est pour cela que l'on dit de la ligne qu'elle est longue ou courte, et c'est pour cela qu'étant continu le temps est dit long ou court. Il n'est pas dit rapide ou lent, parce qu'étant un nombre mê, si le temps étoit dit rapide ou lent, ce seroit à raison ou du nombre ou du mouvement. Ce ne seroit pas à raison du nombre, parce que le nombre n'est dit ni rapide ni lent, ce ne seroit pas à raison du mouvement, parce que, quoique le temps soit quelque chose du mouvement, on ne peut pas dire que le temps soit le mouvement. C'est pourquoi il ne faut pas attribuer au temps les passions du mouvement qui sont rapide et lent, parce que rapide et lent sont déterminés par le temps, et c'est pour cela que le temps n'est dit ni rapide ni lent. Mais la continuité dans le temps vient de la continuité du mouvement, non de toute espèce de mouvement,

numerum minimum, et aliquo modo non. In numero enim simpliciter est dare minimum, sicut unitatem, vel minimum quod habet rationem numeri, sicut est binarius. In numero autem numerato, sicut in multitudine linearum est dare minimum secundum multitudinem, sicut unam lineam aut duas; secundum magnitudinem autem non est dare minimam lineam, eo quod omnis linea divisibilis est in alias lineas. Sicut etiam in tempore est dare minimum tempus secundum multitudinem: puta, unam diem vel duos dies in genere dierum; minimum autem tempus secundum magnitudinem non est dare, eo quod omne tempus divisibile est in infinitum, sicut et quodlibet continuum. Quia autem tempus et est numerus et est continuum, inde est quod dicitur multum et paucum, breve et longum, non autem velox vel tardum.

Multum enim et paucum sunt passionibus numeri et ideo tempus; quia est numerus, dicitur multum et paucum. Longum autem et breve sunt passionibus continui, unde linea dicitur longa vel brevis, et quia tempus est continuum, ideo dicitur longum vel breve. Velox autem aut tardum non dicitur, quia cum tempus sit numerus motus, si diceretur velox aut tardum, aut hoc esset ratione numeri aut motus; non ratione numeri, quia numerus neque velox neque tardus dicitur; neque ratione motus, quia licet tempus sit aliquid motus, non est tamen dicere quod tempus sit motus. Et ideo non oportet passionibus motus, quæ sunt velox et tardum, dici de tempore, quia velox et tardum determinantur tempore, et ideo tempus non dicitur velox nec tardum. Continuitas autem in tempore est ex continuitate motus, non cujuscumque,

mais du premier ; et en conséquence parce que le premier mouvement est un, le temps est quelque chose de un mesurant tous les mouvements faits en même temps. Or l'antériorité et la postériorité du temps sont diverses comme dans le mouvement. D'où il arrive que de même que la même circulation est réitérée suivant l'espèce, mais non suivant le nombre, ainsi le temps se réitère suivant l'espèce, mais non suivant le nombre. Or, nous mesurons le mouvement par le temps et le temps par le mouvement, en tant que nous déterminons la quantité de l'un par la quantité de l'autre. En effet, nous mesurons le mouvement par le temps, parce que le temps, suivant ce qu'il est, est un nombre mù ; nous mesurons aussi le temps en tant que nous déterminons sa quantité par la quantité du mouvement qui nous est connue. Nous disons, en effet, que le temps est abondant, parce que le mouvement qui s'est fait dans le temps est considérable, et cela se fait rationnellement. Car le mouvement suit la grandeur quant à la continuité et à l'antériorité et à la postériorité, et le temps suit de même le mouvement. Or, nous mesurons le mouvement par la grandeur et *vice versâ*. Nous disons, en effet, que le mouvement est considérable, parce que la grandeur sur laquelle s'effectue le mouvement est considérable ; et de même nous disons que la grandeur est considérable, parce que un grand mouvement s'est opéré sur la grandeur. C'est pour cette raison et de la même manière que nous déterminons la quantité du temps par le mouvement, et la quantité du mouvement par le temps.

---

<p>sed primi ; et ideo quia motus primus unus est, tempus est unum mensurans omnes motus simul factos. Prius autem et posterius temporis altera sunt, sicut prius et posterius motus. Unde sicut reiteratur eadem circulatio secundum speciem et non secundum numerum, ita tempus reiteratur idem secundum speciem et non secundum numerum. Mensuramus autem motum tempore, et tempus motu, in quantum determinamus quantitatem unius per quantitatem alterius. Motum enim mensuramus tempore, quia tempus secundum id quod est, est numerus motus ; tempus etiam mensuramus, in quantum scilicet per quantitatem motus nobis notam determi-</p>	<p>namus quantitatem temporis. Dicimus enim quod tempus est multum, quia motus qui factus est in tempore est multus, et hoc rationabiliter accidit. Motus enim sequitur magnitudinem quantum ad continuitatem et prius et posterius, et tempus similiter motum. Per magnitudinem autem mensuramus motum, et e converso. Dicimus enim quod motus est multus, quia magnitudo supra quam est motus, est multa, et similiter dicimus, quod magnitudo est multa, quia motus supra magnitudinem factus est multus. Quare et similiter determinamus quantitatem temporis per motum et quantitatem motus per tempus.</p>
--	--

## CHAPITRE III.

*Quelles sont les choses qui sont mesurées par le temps et celles qui ne le sont pas.*

Après avoir déterminé ce qui est relativement au temps en soi, il faut considérer ce qui en est dans les rapports aux choses qui sont mesurées par le temps. Or, il faut considérer que le temps est comparé d'une manière différente avec le mouvement et avec les autres choses. En effet, le mouvement étant essentiellement continu et successif, il n'est pas seulement mesuré par le temps quant à son être et sa succession ou durée, mais encore quant à ce qu'il est, parce que son essence consiste dans la succession. Mais les choses mobiles ne sont pas mesurées par le temps, par rapport à ce qu'elles sont, comme l'homme ou la pierre, parce que leur essence est dans chaque instant présent du temps et n'a ni antériorité, ni postériorité ou succession, c'est pourquoi c'est l'instant présent du temps et non le temps qui leur correspond. Mais elles sont mesurées par le temps quant à leur être et à leur succession ou durée, parce que leur durée n'existe pas toute en même temps. De même donc que pour le mouvement être dans le temps, c'est être mesuré par le temps quant à ce qu'il est et quant à sa durée; ainsi pour les autres choses être dans le temps c'est être mesurées par le temps, non quant à ce qu'elles sont, mais quant à leur durée; et la vérité de cela saute aux yeux. En effet, être dans le temps, ou c'est être pendant que le temps dure, ou être comme dans un nombre; or être dans le temps, n'est pas être quand le temps dure, de même que être dans un lieu n'est pas être pendant la durée du lieu; car il s'en suivroit que toutes choses seroient dans le même lieu, tandis que tout est quand un seul lieu est; comme il s'en suivroit aussi que le ciel se-

## CAPUT III.

*Quæ sunt illa quæ mesurantur tempore et quæ non.*

Determinatio de tempore, secundum se considerandum est de ipso secundum relationem ad ea quæ tempore mesurantur. Est autem considerandum, quod aliter comparatur tempus ad motum et ad alias res. Cum enim motus sit continuus et successivus essentialiter, ideo non solum mesuratur tempore quantum ad suum esse, et suam successionem vel durationem; sed etiam quantum ad id quod est, quia ejus essentia in successione consistit. Mobilia vero quantum ad id quod sunt, sicut homo aut lapis non mesurantur tempore, quia essentia eorum est in quolibet nunc temporis, nec habet prius nec posterius,

sive successionem, unde his respondet nunc temporis et non tempus. Mensurantur autem tempore quantum ad suum esse et suam successionem vel durationem, quia duratio eorum non est tota simul. Sicut ergo motum esse in tempore, est ipsum mensurari tempore quantum ad id quod est et quantum ad suam durationem, ita alias res esse in tempore, est ipsas mensurari tempore non quantum ad id quod sint, sed quantum ad suam durationem, et quod hoc sit verum patet. Esse enim in tempore, aut est esse dum tempus est, aut est esse sicut in numero; esse autem in tempore non est esse quando tempus est, sicut nec esse in loco est esse quando locus est. Sic enim sequeretur, quod omnia essent in eodem loco, cum omnia sint quando unus locus est; sicut etiam seque-

roit dans un grain de mil, parce que le ciel existe en même temps que le grain de mil. Mais être dans le temps c'est être mesuré et renfermé par le temps, de même que être dans un lieu c'est être mesuré et renfermé dans ce lieu. C'est pourquoi il s'ensuit que être dans le temps, c'est être comme dans un nombre. Or, une chose est de deux manières dans un nombre, ou elle est quelque chose de ce nombre, comme l'unité, pair ou impair, ou parce qu'elle est son nombre, comme d'une chose nombrée. Ainsi donc le temps étant un nombre, on dit que des choses sont dans le temps, parce qu'elles sont quelque chose de ce temps, comme le présent, le passé, l'avenir. D'autres choses sont dans le temps, non parce qu'elles sont quelque chose du temps, mais parce qu'elles sont mesurées par le temps et sont renfermées dans le temps, comme les choses qui sont dans un nombre sont renfermées dans ce nombre. Donc, puisque être dans le temps c'est être comme dans un nombre et donner un plus grand nombre à tout ce qui est dans le nombre, il s'ensuit que c'est donner un temps plus grand à tout ce qui est dans le temps. C'est donc là la première condition de toutes les choses qui sont mesurées par le temps. Leur seconde condition, c'est que toutes les choses qui sont dans le temps souffrent dans le temps, comme nous avons coutume de dire que le temps flétrit et corrompt les choses qui sont dans le temps et que le temps engendre l'oubli. Il y a deux causes de cela. La première, c'est que nous voyons certaines choses se corrompre dans le temps sans qu'il apparaisse aucun agent extérieur de corruption, comme il arrive dans la corruption qui provient de la vieillesse que nous attribuons surtout au temps. Or rien ne se fait dans le temps sans qu'il paroisse quelque agent extérieur, c'est pour cela que nous ne disons pas que le temps est cause de la génération, comme de la corruption, ou que le temps est cause de la

retur, quod cœlum esset in grano milii, quia cœlum est quando granum milii est; sed esse in tempore est mensurari et contineri a tempore, sicut esse in loco est mensurari et contineri loco. Propter quod sequitur quod esse in tempore est esse sicut in numero. In numero autem aliquid est dupliciter, aut enim est aliquid ipsius numeri, sicut unitas, par vel impar; aut quia numerus est ejus, sicut rei numeratæ. Sic ergo cum tempus sit numerus, aliqua dicuntur esse in tempore, quia sunt aliquid ipsius temporis, ut nunc, prius et posterius. Aliqua autem sunt in tempore, non quia sunt aliquid ejus, sed quia mensurantur tempore et continentur sub tempore, sicut ea quæ sunt in numero continentur sub numero; quia ergo esse in tempore est sicut in numero, omni autem eo

quod est in numero est dare majorem numerum, inde est quod est dare tempus majus omni eo quod est in tempore. Hæc est ergo prima conditio omnium eorum quæ tempore mensurantur. Secunda conditio eorum est, quod quæcumque sunt in tempore patiuntur sub tempore, sicut consuevimus dicere quod tempus tabefacit et corrumpit ea quæ sunt in tempore et quod oblivio fit propter tempus. Hujus autem causa est duplex. Prima est, quia videmus aliqua corrumpi in tempore, dato quod non appareat nobis aliquod exterius corrumpens, sicut est in corruptione quæ fit ex senio, quam maxime attribuimus tempori. Nihil autem fit in tempore nisi appareat aliquid exterius faciens, propter quod non dicimus quod tempus sit causa generationis, sicut corruptionis, aut quod

science, comme il est cause de l'oubli, parce que personne ne devient savant par la raison qu'il vit longtemps. La seconde cause est que le temps est un nombre mê; or le mouvement produit l'éloignement de ce qui est mobile de la position où il étoit d'abord et est une cause de plus de la corruption et de la génération, à quoi on assigne une triple cause. La première, c'est que le mouvement éloigne ce qui est mê de sa première position, comme il a été dit. Or cette distance est déterminée par rapport au terme qui est corrompu dans le mouvement, et par conséquent le mouvement est par soi une cause de corruption. Mais que le mouvement produise quelque terme *ad quem*, ce n'est pas absolument de l'essence du mouvement, mais cela lui convient en tant qu'il est limité. Or, il a le caractère de fini, d'après l'intention déterminée du moteur, dont le rôle est de mouvoir à un but déterminé. C'est ce qui fait que la génération d'un terme *ad quem* doit être plutôt attribuée à la forme du moteur lui-même, à raison duquel le moteur imprime le mouvement, qu'au mouvement lui-même. La seconde raison, c'est que la chose qui est mê n'est en aucune manière pendant le mouvement ni dans le terme *a quo*, ni dans le terme *ad quem*, mais est étrangère à l'un et à l'autre. Et par conséquent le mouvement est de soi la cause pourquoi ce qui est mê est privé du terme *a quo* et du terme *ad quem*. Or, lorsque ce qui est mobile est constitué sous le terme *ad quem*, il n'y a plus alors de mouvement, et par conséquent le mouvement est plus la cause de la corruption de chaque terme, pendant qu'il existe, que de la génération du terme *ad quem*, parce que lorsque le terme *ad quem* est produit, il n'y a plus alors de mouvement. La troisième raison, c'est que, ainsi qu'on le voit dans le troisième livre de la Physique, le mouvement est conduit à la condition d'acte, suivant qu'il est considéré *ut ab hoc*, et à la con-

tempus sit causa disciplinæ, sicut est causa oblivionis, quia ex hoc solo quod aliquis diu vivit, non efficitur sciens. Secunda causa est, quod tempus est numerus motus, motus autem facit distare mobile a dispositione in qua prius erat, et est magis causa corruptionis et generationis, cujus ratio signatur triplex. Prima ratio est, quia motus facit id quod movetur distare a prima dispositione sua, ut dictum est. Hæc autem distantia attenditur respectu termini a quo, qui corrumpitur in motu, et ideo motus per se est causa corruptionis. Quod autem per motum generetur aliquis terminus ad quem, hoc non est de ratione motus absolute, sed convenit ei ut finitus est. Rationem autem finiti habet ex determinata intentione moventis, cujus est movere ad aliquem determinatum terminum.

Unde generatio termini ad quem magis est attribuenda formæ ipsius moventis, ratione cujus movens movet, quam ipsi motui. Secunda ratio est, quia illud quod movetur, dum movetur, neque est omnino in termino a quo, neque in termino ad quem, sed deficit ab utroque; et ideo motus de se est causa quare mobile sit sub privatione termini a quo, et termini ad quem. Cum autem mobile factum est sub termino ad quem, tunc non est motus, et ideo motus magis est causa corruptionis utrisque termini dum est, quam generationis termini ad quem, quia cum terminus ad quem generatus est, tunc motus non est. Tertia ratio est, quia ut patet ex III. *Phys.*, motus trahitur ad rationem actionis, secundum quod consideratur ut ab hoc, ad rationem autem passionis trahitur,

dition de passion, selon qu'il est considéré *ut in hoc*. Or, il est constant que tout accident a une relation plus vraie au sujet qu'à la cause agissante, c'est pourquoi la considération du mouvement sous la raison de passion est plus vraie que sous la raison d'action. Or, la passion est par soi une cause de corruption. Car il est de son essence de perdre de la substance à proportion du développement qu'elle prend. Or, la production est plutôt attribuée à l'action. Et parce que, comme il a été dit, le mouvement est considéré d'une manière plus vraie sous le caractère de passion que sous celui d'action, il s'ensuit que le mouvement est plus une cause de corruption que de génération. Or, comme il a été dit, le temps est la mesure du mouvement, et il est par conséquent plutôt cause de corruption que de génération, ainsi que le mouvement. Néanmoins il n'est cause par soi ni de l'une ni de l'autre. De ces deux conditions qui paroissent dans les choses qui sont dans le temps, nous pouvons conclure que les choses qui existent toujours ne sont pas dans le temps. D'abord, parce que, comme le dit la première condition, c'est la destinée de tout ce qui est dans le temps de recevoir un temps plus grand; mais pour les choses sempiternelles il n'y a pas à recevoir un temps plus grand, puisqu'elles existent toujours; donc les choses qui existent toujours ne sont pas dans le temps. En outre, comme porte la seconde condition, les choses qui sont dans le temps sont passives dans le temps, sont corrompues dans le temps; mais les choses qui existent toujours ne sont pas passives dans le temps, elles ne se corrompent ni ne vieillissent; c'est pourquoi il est clair qu'elles ne sont pas dans le temps. On pourroit croire, d'après tout ce qui a été dit, que les choses qui sont dans le repos conservant toujours la même physionomie pendant leur repos, comme les choses sempiternelles, ne sont pas me-

ut consideratur ut in hoc. Constat autem quod omne accidens veriore habet comparisonem ad subjectum, quam ad causam agentem, ideo verior est consideratio motus sub ratione passionis, quam sub ratione actionis. Passio autem est causa corruptionis per se. De ratione enim ejus est, quod ipsa magis facta plus, et plus abiciat a substantia; factio autem magis attribuitur actioni. Et quia sicut dictum est, verius consideratur motus sub ratione passionis, quam sub ratione actionis, inde est quod motus magis est causa corruptionis quam generationis. Tempus autem, ut dictum est, est mensura motus, et ideo magis est causa corruptionis quam generationis, sicut et motus; neutrius tamen est causa per se. Ex his duabus conditionibus quæ apparent in rebus quæ sunt in tem-

pore, possumus concludere, quod ea quæ sunt semper, non sunt in tempore. Primo, quia sicut dicit prima conditio, omni eo quod est in tempore, est accipere tempus majus; sempiternis autem non est aliquid majus tempus accipere, cum ipsa semper sint; ergo ea quæ semper sunt, non sunt in tempore. Præterea, sicut dicit secunda conditio, ea quæ sunt in tempore patiuntur in tempore, corrumpuntur in tempore, ea autem quæ semper sunt, non patiuntur a tempore, nec corrumpuntur, neque senescunt, quare manifestum est quod non sunt in tempore. Ex his autem quæ dicta sunt, posset aliquis credere, quod ea quæ quiescunt, cum semper dum quiescunt similiter se habeant sicut sempiterna, quod non mensurarentur tempore: hoc autem est falsum. Et ideo dicendum est, quod

surées par le temps ; or cela est faux. Et par conséquent il faut dire que, de même que le temps est la mesure par soi du mouvement, il est aussi la mesure par accident du repos. Car, en effet, il ne faut pas que tout ce qui est dans le temps soit mù *actu*, comme il est nécessaire que tout ce qui est en mouvement soit mù actuellement, parce que le temps n'est pas le mouvement, quoiqu'il soit un nombre mù. Or, il convient que dans le nombre du mouvement il y ait non-seulement ce qui est mù, mais aussi ce qui est en repos ; car on ne dit pas en repos tout ce qui n'est pas en mouvement, mais bien tout ce qui n'est pas en mouvement malgré l'aptitude native à recevoir le mouvement, et toute chose semblable est mobile. Donc l'être d'une chose en repos est l'être d'une chose mobile ; or l'être d'une chose mobile est mesuré par le temps, donc il en est de même de l'être d'une chose en repos. Mais ce qui est en repos et ce qui est en mouvement se mesure quant à la quantité du repos ou du mouvement, le mouvement par soi, mais le repos par accident. Nous disons, en effet, qu'une chose a été en repos pendant un jour, parce qu'elle a été privée de mouvement pendant un jour. D'après cela il faut comprendre que ce qui est mobile peut être considéré de deux manières, ou selon sa substance ou son essence, ou selon son être. Si on le considère dans sa substance, ce n'est point mesuré par le temps, par la raison qu'une substance mobile existe dans tout instant présent du temps et n'a point de succession ni d'antériorité et de postériorité. Si, au contraire, on le considère sous le rapport de son être, on peut le faire de deux manières, ou quant à l'être substantiel, ou quant à l'être qu'il a dans le mouvement qui est son aptitude au mouvement. Si on le considère de la première manière, ce n'est pas mesuré par le temps, tandis qu'il en est ainsi de la seconde manière. Car le mouvement n'est pas un tout

sicut tempus est mensura motus per se, ita est mensura quietis per accidens. Non enim oportet quod omne quod est in tempore, actu moveatur, sicut omne quod est in motu necesse est actualiter moveri, quia tempus non est motus, licet sit numerus motus. In numero autem motus convenit esse non solum illud quod movetur, sed etiam illud quod quiescit. Quiescens enim non dicitur quodcumque quod non movetur, sed quod non movetur aptum tamen natum moveri, et omne tale est mobile. Esse ergo rei quiescentis est esse rei mobilis; esse autem rei mobilis mensuratur tempore, ergo et esse rei quiescentis. Mensuratur autem id quod quiescit et id quod movetur quantum ad quantitatem quietis vel motus; motus tamen per se, quies autem per accidens. Dicimus enim quod ali-

quid quievit uno die, quia cessavit a motu una die. Juxta quod intelligendum est quod mobile potest considerari dupliciter, vel quantum ad suam substantiam seu essentiam, vel quantum ad suum esse. Si consideratur quantum ad suam substantiam, sic non mensuratur tempore, eo quod substantia mobilis in quolibet nunc temporis est, nec habet successionem, nec prius nec posterius. Si autem consideretur quantum ad suum esse, hoc potest esse dupliciter, quia aut considerari potest quantum ad suum esse substantiale aut quantum ad suum esse, quod habet in motu, quod est suum moveri. Si consideretur primo modo, sic non mensuratur tempore, secundo autem modo mensuratur tempore. Moveri enim mobilis non est totum simul, sed successivum. Viso ergo quod non omnia



simultané, mais successif de ce qui est mobile. Reconnoissant donc que tous les êtres ne sont pas dans le temps, et que tous les non-êtres n'y sont pas non plus, et comprenant cela en peu de mots, il faut dire que tous les non-êtres qui sont dans l'impossibilité de passer à l'être, ne sont pas mesurés par le temps. Et la raison en est que, comme nous l'avons dit, tout ce qui est dans le temps est destiné à prendre un temps plus grand. Or il est constant que l'entité des choses qui ne peuvent passer à l'être n'a pas à prendre un temps plus grand, et par conséquent de tels non-êtres ne sont pas dans le temps. Quant aux choses qui peuvent être et ne pas être, elles sont dans le temps, parce que leur entité et leur non-entité sont susceptibles de recevoir un temps plus grand.

#### CHAPITRE IV.

*De la différence de l'éternité, de l'ævum et du temps ; ce que c'est que chacune de ces choses.*

Après avoir parlé du temps en lui-même et par résolution à l'égard des choses temporelles, il faut le considérer dans ses rapports avec les autres mesures qui sont l'éternité et l'ævum. Il faut voir d'abord si l'éternité existe et ce qu'elle est. Il y en a qui doutent si l'éternité existe, et ils prouvent la négative, par la raison que l'infini en tant qu'infini n'a pas de mesure; mais la cause première est infinie et a l'éternité pour mesure. Donc il semble que l'éternité ne peut exister dans le genre de mesure; donc l'éternité n'est rien. De même toute mesure accuse une quantité quelconque; or la cause première n'a aucune quantité, donc l'éternité ne peut pas être la mesure de la cause première, ni par conséquent être quelque chose, puisqu'on ne suppose l'être que dans le genre de mesure. Autre raison: Rien de ce qui conserve la même condition ne peut servir de mesure; or, l'éternité

entia sunt in tempore, et quod non omnia non entia sunt in tempore, et hoc breviter comprehendamus, dicendum est quod illa non entia quæ impossibile est esse, non mensurantur tempore. Et ratio hujus est, quia sicut dictum est, omni eo quod est in tempore est accipere majus tempus. Constat autem quod non est accipere majus tempus entitate eorum quæ impossibile est esse, et ideo non entia talia non sunt in tempore. Ea autem quæ possunt esse et non esse, sunt in tempore, quia est dare tempus majus entitate eorum et non entitate.

#### CAPUT IV.

*De differentia æternitatis ævi et temporis, et quid sit unumquodque eorum.*

Viso ergo de tempore secundum se et per

resolutionem ad temporalia, considerandum est per relationem ad alias mensuras, quæ sunt æternitas et ævum. Primo ergo videndum an æternitas sit et quid sit. Dubitant enim aliqui an æternitas sit, et probant ipsi quod non, quia infiniti in quantum infinitum est, non est mensura: causa autem prima infinita est, cujus mensura ponitur æternitas. Ergo videtur quod æternitas non possit esse in genere mensuræ. Ergo æternitas nihil est. Item omnis mensura certificat aliquam quantitatem: causa autem prima nullam quantitatem habet. Ergo æternitas non potest esse mensura causæ primæ, nec per consequens aliquid esse, cum non ponatur esse nisi in genere mensuræ. Item, nihil uno modo se habens, potest mensurari; æternitas autem est uno modo se habens, ergo non potest ha-

est toujours la même, donc elle ne peut avoir le caractère de mesure. Or l'éternité n'est établie que comme une sorte de mesure; donc l'éternité n'existe pas. Il faut remarquer que l'éternité se prend en trois sens. Dans le premier sens l'éternité est dite la mesure de la durée d'une chose qui conserve toujours la même condition, sans acquérir rien pour l'avenir, et sans rien perdre dans le passé, et l'éternité est ainsi prise dans le sens le plus strict. Dans le second sens l'éternité est dite la mesure de la durée d'une chose qui a un être fixe et stable, mais qui admet néanmoins des vicissitudes dans ses opérations, et dans ce sens l'éternité s'appelle proprement *ævum*. L'*ævum* est la mesure des choses dont l'être est stable, qui ont néanmoins une succession dans leurs œuvres, comme les intelligences. Dans le troisième sens l'éternité est dite la mesure de la durée successive ayant une antériorité et une postériorité, mais sans principe ou sans fin, ou sans fin mais avec un commencement, et de ces deux manières on suppose un monde éternel, quoique dans la réalité il soit temporel, et dans ce sens c'est d'une manière tout à fait impropre qu'on l'appelle éternité, car l'antériorité et la postériorité répugnent au caractère de l'éternité. Mais dans l'un et l'autre cas l'éternité a une entité très-réelle, et il ne signifie rien de dire que l'infini en tant qu'infini n'a pas de mesure; parce que, bien que la cause première soit infinie par la raison qu'elle n'a ni commencement ni fin, elle est néanmoins très-finie par la raison que subsistant en elle-même, elle n'a rien de soi en dehors d'elle. Quant à ce que l'on objecte que toute mesure constate une quantité quelconque, il faut répondre que ce n'est pas universellement vrai, à moins de prendre la quantité dans un sens très-large pour la quantité de force et de grandeur. Or, quoique la première cause n'ait pas la quantité de grandeur, elle a néanmoins la quantité de vertu, et cela

bere rationem mensuræ, non ponitur autem esse æternitas, nisi ut mensura quædam; ergo æternitas non est. Intelligendum, quod æternitas tripliciter accipitur. Uno modo dicitur æternitas mensura durationis rei semper similiter se habentis, nihil acquirantis in futuro et nihil admittentis in præterito, et sic propriissime sumitur æternitas. Secundo modo dicitur æternitas mensura durationis rei habentis esse fixum et stabile, recipientis tamen vices in operationibus suis, et æternitas sic accepta proprie dicitur ævum. Ævum enim est mensura eorum quorum esse est stabile, quæ tamen habent successionem in operibus suis, sicut intelligentiæ. Tertio modo dicitur æternitas mensura durationis successivæ habentis prius et posterius, carentis tamen principio et fine, vel carentis fine et tamen habentis principium, et utro-

que modo ponitur mundus æternus, licet secundum veritatem sit temporalis, et isto modo impropriissime dicitur æternitas, rationi enim æternitatis repugnat prius et posterius. Utrouque autem istorum modorum dicta æternitas verissimam entitatem habet. Nec valet illud quod arguitur, quod infiniti in quantum infinitum est, non est mensura; quia licet causa prima infinita sit, eo quod careat principio et fine, tamen finitissima est, eo quod in se ipsa manens nihil sui habet extra se. Ad aliud cum dicitur quod omnis mensura certificat aliquam quantitatem, dicendum quod non est universaliter verum, nisi accipiatur quantitas valde large pro quantitate virtutis et magnitudinis. Licet autem prima causa non habeat quantitatem magnitudinis, habet tamen quantitatem virtutis, et hoc sufficit. Ad aliud, cum dicitur, illud

suffit. A ce que l'on objecte que ce qui conserve toujours la même physionomie ne sert pas de mesure, il faut répondre qu'il est vrai que cela ne sert pas de mesure comme nombre, mais comme unité, c'est pour cela que l'éternité doit plutôt être dite unité d'une chose éternelle que nombre. Maintenant il faut examiner ce que c'est que l'éternité. Pour cela il faut considérer que l'éternité signifie une certaine *interminabilité*. On dit éternel comme existant sans limites. Or, ainsi que le dit Aristote dans le huitième livre de la Physique, dans tout mouvement il y a quelque génération et quelque altération en tant que le mobile cesse d'être dans le terme *a quo* et commence d'être dans le terme *ad quem*. Il est évident, d'après cela, que toute mutabilité répugne à l'éternité. Donc l'éternité renferme non-seulement l'*interminabilité* d'être, mais encore l'immobilité or c'est par le mouvement que se produisent l'antériorité et la postériorité dans le temps, et, par conséquent, le mouvement répugnant à l'éternité, par suite il lui répugne d'avoir l'antériorité et la postériorité. C'est pourquoi Boèce définit ainsi l'éternité : l'éternité est la possession simultanée entière et parfaite d'une vie interminable. Donc toutes les choses qui, avec l'indéfectibilité de l'être, possèdent l'immobilité et sont sans succession temporelle, sont dites exister éternellement et sont mesurées par l'éternité. C'est pourquoi il en est qui définissent l'éternité comme le retard et le non-retard du temps, mais elle est dite le retard de l'être, c'est-à-dire l'indéfectibilité. Au contraire l'espace est tout ce qui environne tout l'être indéfectible. Mais le continu est appelé ainsi, non parce qu'il a des parties, mais parce qu'il ne manque jamais, n'a jamais manqué, ne manquera jamais; il est appelé aussi non-entrefait, parce qu'il n'a point de parties qui passent de la puissance à l'acte, comme le temps dont la partie antérieure est passée,

quod uno modo se habet, non mensurat, dicendum quod verum est quod non mensurat ut numerus, sed ut unitas, unde æternitas magis dicenda est unitas rei æternæ, quam numerus. Nunc ergo considerandum est quid sit æternitas. Ad quod sciendum, considerandum est, quod æternitas dicit interminabilitatem quamdam. Dicitur enim æternum quasi extra terminos existens. Sicut autem dicit Philosophus, VIII. *Phys.*, in omni motu est aliqua generatio et aliqua corruptio, in quantum mobile definit esse in termino a quo incipit esse in termino ad quem; ex hoc patet, quod omnis mutabilitas repugnat æternitati. Includit ergo æternitas non solum interminabilitatem essendi, sed etiam immobilitatem; ex motu autem causatur prius et posterius in tempore. Et ideo cum motus

repugnet æternitati, ex consequenti repugnat ei habere prius et posterius. Propter quod Boetius diffinit æternitatem, dicens : « Æternitas est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio. » Quæcumque ergo cum indeficientia essendi habent immobilitatem et sunt absque successione temporali, ipsa dicuntur esse æternaliter et mensurantur æternitate. Unde a quibusdam diffinitur æternitas, quod est mora et non mora temporis, sed dicitur mora essendi, id est indeficientia. Spatium vero dicitur eo quod ambit totum esse indeficiens. Continuum vero dicitur, non eo quod habeat partes, sed quia nunquam deest, nunquam defuit, nunquam decrit; non interfectum vero dicitur, quia non habet partes quæ exeant de potentia ad actum, sicut tempus, cujus pars prior præ-

et la partie postérieure arrivera. C'est pourquoi Boèce dit que l'éternité est produite par ce qui est présentement stable et ne s'écoule pas. A cette occasion il y en a qui ne savent comment les locutions de temps passé et d'avenir se vérifient à l'égard de Dieu. A cela il faut répondre que l'éternité est la mesure d'une chose indéfectible, comme on l'a dit. Il arrive cependant que l'éternité est comparée au passé ou au futur, et c'est à cette comparaison ou concomitance, produite par son indéfectibilité, que se rapportent les termes de temps passé ou futur. C'est pourquoi la cause première est dite avoir été dans le passé parce qu'elle n'a jamais manqué dans tout le temps passé; elle est dite devoir être dans l'avenir, parce qu'elle ne manquera jamais. D'après ce qui a été dit on peut assigner la différence qui existe entre l'éternité, l'*ævum* et le temps; l'éternité est la mesure d'une chose incommutable n'admettant point de changement dans son opération. L'*ævum* est la mesure d'une chose dont l'être est incommutable, mais qui admet néanmoins des changements dans ses opérations; le temps est la mesure d'une chose muable et successive en toute manière. Or, il est constant que l'éternel qui est immuable est la cause de l'*ævum* éternel, qui est immuable quant à l'être, mais admet des changements dans ses opérations, et de même l'*ævum* éternel est la cause du temporel. Et il est dans leurs instruments comme là, parce que l'éternité est la cause exemplaire de l'*ævum* lui-même. Car l'*ævum* imite l'éternité tant qu'il peut, mais il est défectueux à l'égard de l'éternité. L'*ævum* à son tour est la cause exemplaire du temps, par la raison que le temps imite l'*ævum* tant qu'il peut, mais est défectueux aussi de ce côté. C'est pourquoi il n'est pas douteux que comme le temps est d'abord la mesure d'une chose, savoir le premier mobile, qui est le plus rapide, et l'éternité est en premier lieu la mesure

teriit, et pars posterior futura est. Propter quod dicit Boetius, quod nunc stans et non fluens causat æternitatem. Occasione hujus dubitant aliqui, quomodo verba præteriti temporis et futuri verificantur de Deo. Ad quod dicendum est, quod æternitas est mensura rei indeficientis, sicut dictum est. Huic tamen accidit, quod comparetur ad præteritum vel futurum, et hanc comparisonem vel concomitantiam ex indeficientia ejus causatam, dicunt verba præteriti et futuri temporis. Unde prima causa dicitur fuisse in præterito, quia in toto tempore præterito nunquam defuit, et dicitur fore in futuro, quia nunquam deerit. Ex his quæ dicta sunt, potest assignari differentia inter æternitatem, ævum et tempus, quia æternitas est mensura rei incommutabilis, non recipientis vices in operatione; ævum autem est mensura

rei cujus esse est incommutabile, quod tamen recipit vices in suis operationibus; tempus vero est mensura rei secundum omnem modum mutabilis et successivæ. Constat autem quod æternum quod immutabiliter se habet, causa est æviterni, quod incommutabiliter se habet quantum ad esse, recipit tamen vices in suis operationibus, et similiter æviternum causa est temporalis. Et sicut est in his, sic et in instrumentis eorum, quia æternitas causa est exemplaris ipsius ævi. Ævum enim imitatur æternitatem quantum potest, deficit tamen ab æternitate. Ævum autem est causa exemplaris ipsius temporis, eo quod tempus imitatur ævum quantum potest, deficit tamen ab ævo. Unde non est dubium, quod sicut tempus est primo mensura unius, scilicet primi mobilis, qui est velocissimus; et æternitas primo est

du premier être, qui est de l'essence la plus simple, de même l'*ævum* est en premier lieu la mesure de quelque chose d'un, qui, tout en admettant des vicissitudes dans ses opérations, est néanmoins très-proche du premier acte. Et conséquemment, quoi qu'on dise, comme il n'y a qu'un temps et une éternité, il n'y a aussi qu'un *ævum*. Par là se trouve réfutée l'erreur de ceux qui disent que le présent de l'éternité et celui du temps sont le même, erreur qu'ils s'efforcent de prouver en disant que ce qui est stable et ce qui est mobile ne semblent pas différer quant à la substance, mais quant à la raison. Or, le présent de l'éternité est stable, et le présent du temps s'écoule, c'est pourquoi ils ne semblent différer que par la raison seule. Cela ne peut être vrai en vertu de ce qui a été établi. Nous avons vu, en effet, que l'éternité et le temps diffèrent essentiellement, parce que le présent de l'éternité et celui du temps sont essentiellement différents. Autre raison : Les choses qui se produisent comme cause et effet sont essentiellement différentes. Or, le présent de l'éternité ne diffère de l'éternité que par la seule raison qu'il est la cause du temps et son présent, comme il a été dit. C'est pourquoi le présent du temps et celui de l'éternité sont essentiellement différents. Outre cela, le présent du temps et celui de l'éternité sont essentiellement différents, parce que le présent du temps est la continuation du passé dans l'avenir, comme on le voit dans le quatrième livre de la Physique. Mais le présent de l'éternité n'est pas la continuation du passé dans l'avenir, parce que dans l'éternité il n'y a ni antériorité, ni postériorité, ni passé, ni futur, mais l'éternité existe simultanément tout entière. Il n'y a non plus aucune valeur dans la raison qui allègue que ce qui est stable et ce qui est passager ne diffère pas par essence. La vérité est qu'il y a une différence par essence dans tout ce qui est stable et ce qui est passager,

mensura primi esse, quod est essentiæ simplicissimæ, ita ævum est primo mensura alicujus unius, quod licet recipiat vices in operationibus suis, est tamen propinquissimum primo actui. Et ideo quidquid dicatur, sicut est unum tempus et una æternitas, ita et unum ævum. Ex hoc confutatur error quorundam dicentium, quod est idem nunc æternitatis et temporis quod nituntur probare quia stans et movens se non videtur differre secundum substantiam, sed solum secundum rationem; nunc autem æternitatis est stans, et nunc temporis fluens, quare non videtur differre nisi ratione sola. Istud non potest habere veritatem, secundum ea quæ determinata sunt. Visum est enim quod æternitas et tempus essentialiter differunt, quia nunc æternitatis et nunc temporis es-

sentialem differunt. Item, quæcumque se habent ut causa et causatum essentialiter differunt; nunc autem æternitatis cum non differat ab æternitate nisi sola ratione causa est temporis et nunc ipsius, ut dictum est. Quare nunc temporis et nunc æternitatis essentialiter differunt. Præterea, nunc temporis et nunc æternitatis essentialiter differunt, quia nunc temporis est continuativum præteriti cum futuro, ut patet IV. *Physic.* Nunc autem æternitatis non est continuum præteriti cum futuro, quia in æternitate non est prius, nec posterius, nec præteritum, nec futurum, sed tota æternitas est tota simul. Neque valet ratio in oppositum, cum dicitur quod stans et fluens non differunt per essentialiter. Verum est in omni eo quod contingit et stare et fluens esse, tamen stans quod

qui ne s'écoule en aucune manière en restant stable, et ne devient en aucune manière stable en s'écoulant; c'est là le présent de l'éternité et celui du temps. Et en outre, si le présent du temps et celui de l'éternité étoient la mesure d'une seule et même chose, qui est stable et devient passagère, ils différeroient néanmoins d'une manière essentielle, parce qu'une seule et même chose peut être mesurée sous différents rapports par des mesures différentes, parce que nous voyons, au contraire, que diverses choses mesurables, qui ont la même condition, peuvent être mesurées avec la même mesure, comme le changement de lieu et l'altération qui sont mesurés par le temps en tant qu'ils s'accordent dans le caractère de succession, ayant une antériorité et une postériorité. C'est pourquoi il est évident que les choses mesurables qui diffèrent en tant que mesurables, diffèrent en elles-mêmes; or, ce qui est passager et ce qui est stable, quoique pouvant être une seule et même chose quant à la substance, parce qu'ils ne diffèrent qu'en ce que être stable est autre qu'être passager, et ce qui est passager, en ce que être passager est différent d'être stable, par cette raison ils sont mesurés avec une mesure différente en tant que stable et passager. Conséquemment le présent de l'éternité qui est la mesure d'une chose comme stable, et le présent du temps qui est la mesure d'une chose comme passagère, sont nécessairement différents l'un de l'autre.

*Fin du quarante-troisième opuscule de saint Thomas d'Aquin, sur la mesure du temps.*

L'abbé VÉDRINE.

nullo modo contingit fluere, et fluens quod nullo modo contingit stare, differunt per essentiam, talia autem sunt nunc æternitatis et nunc temporis. Et præterea, si nunc temporis et nunc æternitatis essent mensura unius et ejusdem rei quæ contingit stare et fluere, tamen adhuc differrent essentialiter, eo quod unum et idem secundum aliam et aliam rationem mensurari potest alia et alia mensura, quia nos videmus in opposito, quod diversa mensurabilia quæ tamen participant unam rationem, possunt mensurari eadem mensura, sicut loci mutatio et alteratio quæ mensurantur tempore, in quantum conveniunt in ratione successivi, habentes prius et posterius. Unde manifestum est, quod quorum mensurabilia differunt in quantum mensurabilia sunt et ipsa differunt; fluens autem et stans, licet possint esse unum et idem secundum substantiam, quia non differunt nisi in eo quod stans est aliud a fluente, et fluens in eo quod fluens, est aliud a stante, ideo mensurantur alia et alia mensura, in eo quod stans et fluens. Et ideo nunc æternitatis quod est mensura rei ut stans, et nunc temporis quod est mensura rei ut fluens, de necessitate differunt ab invicem.

*Explicit Opusculum quadragesimum tertium beati Thomæ de Aquino, de natura temporis.*

---



---

## OPUSCULE XLIV.

DU MÊME DOCTEUR, SUR LA PLURALITÉ DES FORMES.

Comme c'est une sainte pratique d'honorer la vérité plus que ses amis, ainsi que le dit Aristote, dans le premier livre des *Ethiques*, les hommes vertueux ne craignent pas de déplaire à leurs amis en faveur de la vérité, en reprochant les choses qu'ils jugent contraires à la vérité; mais la plupart du temps ne distinguant pas bien le vrai du faux, parce qu'il y a certaines choses fausses qui sont plus probables que d'autres qui sont vraies, ils estiment quelquefois vrai ce qui est faux, à raison d'une certaine ressemblance au vrai, aussi en pensant s'éloigner du faux, ils s'y attachent comme à un ami et repoussent la vérité. Puisque, en effet, entre les vérités sur les principes de la nature, sur l'unité de forme dans un seul individu, elle s'étend à plusieurs autres vérités, il en est qui la reconnoissent, mais la regardant comme une fausseté, ils la traitent sans respect et finissent par la répudier tout-à-fait. Comme de sa connoissance découle une foule de conséquences, il semble expédient de la faire connoître aux amateurs de la vérité, afin qu'étant connue par eux, elle ne soit plus combattue, mais honorée comme le plus précieux des amis, et afin qu'eux-mêmes puissent s'aider de sa lumière pour découvrir d'autres vérités. Il n'est cependant pas nécessaire d'apporter des raisons nouvelles pour la manifester; il doit suffire pour le moment de mettre en avant certaines raisons communes, employées par les écrivains, de les

---

## OPUSCULUM XLIV.

EJUSDEM DOCTORIS, DE PLURALITATE FORMARUM.

<p>Quoniam sanctum est honorare veritatem præ cæteris amicis, ut dicit Philosophus in I. <i>Ethic.</i>, ideo virtuosus homines non dimittunt propter veritatem amicis displicere, ea quæ contraria reputant veritati reprobando. Sed plerumque verum a falso non recte discernentes, eo quod quædam falsa probabiliora sunt quibusdam veris, falsum quandoque judicant verum propter apparentiam veri, ac per hoc dum putant falsum prosequi, ipsum tanquam amicum prosequuntur et repugnant veritati. Inter veritates siquidem de principiis naturæ, de unitate formæ in uno individuo</p>	<p>ad plurimas se extendit veritates, quam agnoscunt aliqui, sed ipsam esse falsitatem putantes, tractaverunt irreverenter et penitus repudiaverunt. Quod vero ex ejus cognitione multa dependent consequentia, expediens videtur ipsam manifestare amatoribus veritatis, ut ab eis agnita non amplius impugnetur, sed potius tanquam præcipua amica honoretur, ipsi autem per ejus cognitionem ad videndum multas veritates illustrentur. Nec tamen oportet novas adducere rationes ad sui manifestationem, sed sufficiat ad præsens quasdam rationes communes in scriptis adductas,</p>
---	---

mettre à l'abri de la plaisanterie, de les étayer de l'autorité d'Aristote et de son commentateur, et enfin de détruire les raisons qui enchainent certaines intelligences et les empêchent d'apercevoir cette même vérité. Je me propose donc de renfermer mon présent travail en trois points. Le premier traite de la distinction des formes entre elles; le second de la raison de l'entité; le troisième de la raison de l'unité. On s'accorde communément sur le premier point, parce que les formes des choses sont comme les nombres et les figures, en ce qu'une forme ajoute une perfection à une autre, de même qu'un nombre ajoute à un autre, et une figure à une autre figure et la contient virtuellement, et par conséquent la forme plus parfaite contient virtuellement la forme moins parfaite. Donc la forme plus parfaite établie, il est inutile d'en produire une moins parfaite; donc, comme il n'y a rien d'inutile dans la nature, la nature ne permet pas qu'il y ait dans le composé deux formes dont une soit plus parfaite que l'autre. Pour mettre cela en évidence il faut considérer que les formes substantielles ne sont pas distinguées entre elle, comme la couleur et la saveur qui appartiennent à des genres divers physiquement parlant. Mais toutes les formes matérielles sont distinguées comme les figures qui sont du même genre physique. Il faut donc établir ainsi la principale raison : Il est impossible que deux formes du même genre physique concourent simultanément à parfaire un même sujet; mais toutes les formes substantielles sont du même genre physique, donc il est impossible que deux formes substantielles concourent simultanément à parfaire la même matière. Il faut d'abord poser la seconde proposition de cette raison, parce que c'est nécessaire pour démontrer la première. Or, on la prouve de trois manières. D'abord, par la transmutation des formes entre elles. En effet, ces formes sont du même genre

contra cavillationes fortificare, auctoritatibus scilicet Philosophi et sui Commentatoris, eas confirmare, et tandem rationes dissolvere, quæ mentes aliquorum ligant, ne dictam videant veritatem. Ostenditur autem propositum tribus viis ad præsens. Prima sumitur ex distinctione formarum a se invicem. Secunda, ex ratione entitatis. Tertia, ex ratione unitatis. Secundum primam viam arguitur communiter, quia formæ rerum sunt sicut numeri et figuræ quantum ad hoc quod una forma addit perfectionem super aliam, sicut unus numerus addit super alium, et sicut una figura super aliam, et virtute continet ipsam, forma ergo perfectior virtute continet formam imperfectiorem; posita ergo forma perfectiori, superfluit ponere imperfectiorem. Cum ergo in natura nihil sit superfluum, non permittit natura quod in eo-

dem composito sint duæ formæ, quarum una sit perfectior alia. Ad hujus rationis evidentiam considerandum est quod formæ substantiales non distinguuntur ab invicem, sicut distinguuntur calor et sapor, quæ sunt diversorum generum physice loquendo, sed omnes formæ materiales distinguuntur sicut figuræ quæ sunt ejusdem generis physici. Formetur ergo principalis ratio sic. Impossibile est duas formas ejusdem generis physici simul perficere idem subjectum; sed omnes formæ substantiales sunt ejusdem generis physici. Ergo impossibile est duas formas substantiales simul perficere eandem materiam. Hujus rationis primo declaranda est secunda propositio, quia ejus declaratio utilis est ad ostensionem primæ. Probatur autem tripliciter. Primo quidem per transmutationem formarum ab invicem. Illæ enim formæ



physique entre lesquelles il y a transmutation par soi, de telle manière, par exemple, que l'une soit terme *a quo* par soi et non par accident, à savoir par son adjonction avec le terme *a quo*, et l'autre un terme *ad quem* par soi et non par accident, par la raison qu'il est adjoint à quelque autre chose. Par exemple : Quand le blanc se change en noir, s'il se change en même temps en doux, il y a transmutation de blanc en doux par accident, mais de blanc en noir par soi, et cela par la raison que blanc et noir sont dans le même genre. C'est ce qui fait dire à Aristote, dans le deuxième livre de la Métaphysique, que les choses qui sont diverses en genre n'ont pas de voie, c'est-à-dire de transmutation de l'une à l'autre; tandis qu'il y a transmutation par soi entre les formes substantielles. Et cela est évident à l'égard des formes, que tout le monde s'accorde à reconnoître comme spécifiques. Car il est évident ici qu'une forme est dépouillée quand l'autre est revêtue, et cela n'est pas par accident à l'égard du dépouillement ou du revêtement d'autres formes qui sont les termes de la transmutation par soi, comme par soi il se fait du feu de l'eau, ou réciproquement, ou de la pluie de la vapeur. En effet, la génération qui est dans la substance ne vient pas par soi de quelque accident, comme du blanc, et même celle qui est par soi ne se termine pas à quelque accident, comme au noir.

Il ne reste donc plus que d'être par soi entre deux formes substantielles, dont l'une est dépouillée et l'autre revêtue. Donc toutes les formes substantielles sont du même genre. Mais, si l'on reconnoît quelques formes qui ne soient pas spécifiques, ainsi que certains reconnoissent dans l'homme une forme de corps différente de l'ame, il faudra encore, par cette raison, admettre qu'une telle forme est du même genre que les autres qui sont spécifiques, parce qu'il y a trans-

sunt ejusdem generis physici, inter quas est transmutatio per se, ita scilicet quod una sit terminus a quo per se, non autem per accidens, scilicet cum adjunctione sui cum termino a quo, et alia sit terminus ad quem per se non per accidens, ex hoc quod adjungitur alicui alteri. Verbi gratia: Quando album mutatur in nigrum, si illud etiam mutetur in dulce, est transmutatio albi in dulce per accidens, sed albi in nigrum per se, et hoc ideo, quia album et nigrum sunt in eodem genere. Unde dicit Philosophus, X. *Metaph.*, quod ea quæ sunt diversa genere, non habent viam, id est transmutationem ad invicem, nunc autem inter formas substantiales per se est transmutatio. Et hoc manifestum est de formis quas omnes concedunt esse específicas. In talibus enim manifestum est, quod una abjicitur in inductione alterius, et hoc

non est per accidens ad inductionem et abjectionem aliarum quæ sunt termini transmutationis per se, sicut per se sit ignis ex aqua vel e converso, vel pluvia ex vapore. Non enim generatio quæ est in substantia est per se ex aliquo accidente ut ex albo, vel etiam quæ est per se, terminatur ad aliquod accidens, puta ad nigrum.

Relinquitur ergo quod sit per se inter duas formas substantiales, quarum una abjicitur et alia inducitur. Omnes ergo formæ substantiales sunt ejusdem generis. Si vero ponantur aliquæ formæ quæ non sint specificæ, sicut aliqui ponunt in homine formam corporis aliam ab anima, adhuc oportebit per illam rationem ponere talem esse ejusdem generis cum aliis quæ sunt specificæ, eo quod inter illas formas et formas específicas est per se transmutatio.

mutation par soi entre ces formes et les formes spécifiques. Car le corps de l'homme qui tombe en putréfaction après la mort se résout dans les éléments, parce que le corps est produit par la semence, la semence par les aliments et les aliments par les éléments. Car c'est par eux que nous sommes nourris et que nous existons. Donc la forme du corps est du même genre que les formes des éléments, et les formes des éléments du même genre que les autres formes spécifiques. Donc la forme du corps dans l'animal est aussi du même genre universellement que les autres formes spécifiques. Outre cela, qu'il n'y ait pas de persistance dans une forme matérielle quelconque, quant à cela, on le démontre par cette raison, que dans les substances la génération d'une chose est toujours la corruption d'une autre, et réciproquement, comme le dit Aristote, dans le livre sur la Génération et la corruption, où il traite de la génération et de la corruption en général. Généralement donc il y a transmutation entre les formes substantielles, de manière que dans le revêtement de l'une il y a dépouillement de l'autre, et *vice versa*; or ce revêtement et ce dépouillement ne peuvent être par accident, relativement au revêtement et au dépouillement des autres choses qui sont par soi des termes de génération et de corruption, parce que dans la génération et la corruption d'une substance il n'y a qu'une forme substantielle qui puisse être terme par soi. Il y a donc transmutation entre certaines formes d'une manière générale. Il faut donc dire généralement qu'elles sont toutes du même genre, et c'est là la première preuve de la proposition. La seconde se tire de la définition. Le philosophe Aristote dit dans le livre V de la Métaph., que les choses qui n'ont pas le même *susceptif* sont diverses en genre. Donc tous les actes qui ont le même *susceptif* sont de même genre. C'est évident, tant à l'égard des acci-

Corpus enim hominis quod post mortem putrescit, resolvitur in elementa; fit enim corpus tale ex semine, et semen ex alimento, et alimentum ex alimentis. Ex eisdem enim nutrimur et sumus. Forma ergo corporis est ejusdem generis cum formis elementorum; formæ autem elementorum sunt ejusdem generis cum aliis formis specificis. Ergo et forma corporis in animali est ejusdem generis universaliter cum aliis formis specificis. Præterea, quod non sit instantia in aliqua forma materiali, quantum ad hoc, ostenditur per hoc quod in substantiis semper generatio unus est corruptio alterius, et e converso, ut dicit Philosophus in libro *De generat. et corrupt.*, ubi determinat de generatione et corruptione in universali. Universaliter ergo inter formas substantiales est trans-

mutatio, sic quod in inductione unius est abjectio alterius, et e converso. Talis autem inductio et abjectio non potest esse per accidens ad inductionem et abjectionem aliorum quæ sunt per se termini generationis et corruptionis, quia in generatione substantiæ vel corruptione nihil potest per se esse terminus, nisi forma substantialis. Est ergo transmutatio inter quascumque formas universaliter. Oportet ergo dicere universaliter, quod omnes sunt ejusdem generis, et hæc est prima probatio propositionis. Secundo probatur per locum a diffinitione. Dicit enim Philosophus, V. *Metaph.*, quod diversa genera sunt quæ non habent idem susceptivum. Omnes ergo actus qui habent idem susceptivum sunt ejusdem generis. Hoc est manifestum tam de accidentibus transeunti-

dents passagers, qui sont les opérations, qu'à l'égard des formes permanentes. En effet, la vue du blanc et la vue du rouge sont des actes de même genre, puisqu'elle sont le même *susceptif* prochain, à savoir la puissance visuelle. De même la blancheur et la rougeur sont des formes du même genre, puisqu'elles se trouvent dans le même *susceptif*, c'est-à-dire dans la superficie d'un corps limité. La raison en est que les puissances sont distinguées par les actes, de façon que les actes de divers genres ont des puissances diverses. Or le *susceptif* prochain de tout acte est la puissance destinée à être perfectionnée par cet acte; d'où il suit que tous les actes, qui ont le même *susceptif* prochain, sont nécessairement du même genre. Or toutes les formes substantielles ont le même *susceptif*, parce qu'elles sont des perfections de la même puissance. En effet, la matière est ce qui est une certaine puissance ordonnée pour toutes les formes matérielles, comme pour ses perfections, elle est susceptible de toutes les formes matérielles, comme le bois est susceptible de toutes les formes artificielles, comme il est dit dans le I<sup>er</sup> livre de Phys. Donc toutes les formes matérielles sont du même genre. Mais on peut opposer à cette preuve le fait de l'ame, qui est l'acte d'un corps physique organique. Car elle ne paroît pas être un acte de la matière première comme d'une puissance immédiatement ou prochainement, mais seulement comme d'une manière éloignée, tandis qu'elle semble être un acte du corps, comme immédiatement. C'est ce qui fait dire à Aristote, dans le livre II de l'Ame, que du corps et de l'ame il se fait une chose unique comme de la puissance et de l'acte, et il semble ainsi que le *susceptif* immédiat de ce composé est différent du *susceptif* des autres formes, quoique le *susceptif* éloigné soit le même. Et de là semble suivre ce que nous avons dit que l'ame n'est pas du même genre que les formes matérielles,

bus, quæ sunt operationes, quam de formis permanentibus. Visio enim albi et visio rubri sunt actus ejusdem generis, cum habeant idem proximum susceptivum, scilicet potentiam visivam. Similiter albedo et rubedo sunt formæ ejusdem generis, cum sint in eodem susceptivo, scilicet in superficie corporis terminati. Et hujus ratio est, quia potentiæ distinguuntur per actus, ita quod actus diversorum generum habent diversas potentias. Proximum autem susceptivum cujuslibet actus est potentia nata perfici per illum actum : unde oportet quod omnes actus qui habent idem susceptivum proximum, sint ejusdem generis : nunc autem omnes formæ substantiales habent idem susceptivum, quia sunt perfectiones ejusdem potentiæ. Materia enim est illud quod est potentia quædam ordinata ad formas omnes materiales tanquam

ad suos actus, sive perfectiones, et est susceptiva omnium formarum materialium, sicut lignum est susceptivum omnium formarum artificialium, ut dicitur I. *Physic.* Omnes ergo formæ materiales sunt ejusdem generis. Sed huic probationi potest obviari de anima, quæ est actus corporis physici organici. Non enim videtur esse actus primæ materiæ tanquam potentiæ immediate vel proxime, sed solum tanquam remote : videtur autem esse actus corporis tanquam immediate. Unde Philosophus dicit in II. *De anima*, quod ex corpore et anima sit unum tanquam ex potentia et actu, et sic videtur quod ejus susceptivum immediatum sit alterum a susceptivo aliarum formarum, licet idem habeant susceptivum remotum.

Et ex hoc videtur sequi prædictum, quod anima non sit ejusdem generis cum

puisque les choses qui n'ont pas le même susceptible prochain sont diverses en genre. Il ne faut pas, en effet, que les choses qui ont le même susceptible éloigné soient de même genre; car dans ce cas la couleur et la saveur seroient de même genre puisqu'elles sont dans la même substance. Or la puissance n'est pas tout principe de l'acte, mais son principe immédiat. Donc de ce que la matière est puissance ou susceptible des autres formes, il ne s'ensuit pas qu'elle l'est de l'ame; il s'ensuit donc, comme on voit, que l'ame est d'un autre genre que les autres formes. Il faut répondre à cela qu'il est nécessaire que l'ame ait le même susceptible que les autres formes. Si, en effet, nous prenons le corps en acte par une autre forme que l'ame, et ce corps, suivant quelques-uns, subsistant après la mort, un tel corps ne peut être puissance par rapport à l'ame, parce que s'il en étoit ainsi, il pourroit recevoir l'ame après la mort, par la raison que tant que la puissance subsiste elle peut être naturellement amenée à l'acte par un agent, de même, tant que la puissance visuelle subsiste dans l'œil, elle peut être amenée à l'acte de la vision. Or, présentement le corps mort ne peut recevoir l'ame par le moyen d'aucun agent naturel, mais seulement par un agent surnaturel qui est Dieu. En effet, un mort ne revient naturellement à la vie que par résolution à la matière première. Or un corps mort n'a jamais été avec l'identité numérique puissance par rapport à l'ame. On peut argumenter de là même manière à l'égard de toute chose composée reçue dans un corps mort, car il ne peut être reçu rien de semblable qui puisse devenir vivant sans corruption. Car la résolution du corps mort se fait jusqu'à la matière première avant que quelque chose de vivant soit engendré de lui, il ne reste donc plus qu'à dire que la matière première est puissance immédiate par rapport à l'ame, en prenant l'ame suivant son

formis materialibus, cum illa sint diversa genere, quæ non habent idem susceptivum proximum. Non enim oportet quod illa quæ habent idem susceptivum remotum, sint ejusdem generis; sic enim color et sapor essent ejusdem generis, cum sint in eadem substantia. Potentia autem dicitur non quodcumque principium actus, sed principium immediatum ipsius. Materia ergo si sit potentia, sive susceptivum aliarum formarum, non sequitur quod sit animæ, sequitur ergo ut videtur, quod anima sit alterius generis ab aliis formis. Ad hoc dicendum, quod necesse est idem susceptivum esse animæ et aliarum formarum. Si enim accipiamus corpus in actu per aliam formam quam sit anima, quod quidem corpus maneat post mortem secundum aliquos, tale corpus non potest esse potentia respectu animæ, quia si sic, posset post mortem suscipere animam, quia quamdiu manet potentia, tamdiu potest per agens duci ad actum naturaliter, sicut quamdiu in oculo manet potentia visiva, potest duci ad actum videndi; nunc autem corpus mortuum per nullum agens naturale potest animam suscipere, sed tantum per agens supernaturale, quod est Deus. Ex mortuo enim non fit vivum naturaliter nisi per resolutionem ad primam materiam; corpus autem mortuum nunquam fuit idem numero potentia respectu animæ. Eodem modo etiam potest argui de quocumque accepto in corpore mortuo, quod sit compositum; nihil enim tale potest accipi, quod possit fieri vivum sine corruptione. Fit enim resolutio corporis mortui usque ad primam materiam, antequam ex ipso generetur vivum, et ita relinquitur quod materia prima sit potentia

caractère propre, de même qu'elle est puissance immédiate par rapport aux autres formes. Néanmoins, si nous considérons le corps en acte par le moyen de l'ame même, alors le corps ainsi considéré est puissance par rapport à l'ame, en tant qu'elle communique la qualité de vivant, de sensible et ainsi de suite.

Aristote, dans le second livre de l'Ame, parle dans ce sens, lorsqu'il dit que du corps et de l'ame il se fait quelque chose d'unique, comme de la puissance et de l'acte. De même, lorsqu'il dit au même endroit que l'ame est un acte du corps, il s'exprime ainsi, parce que dans la définition de la forme, il faut mettre la matière en tant qu'elle est appropriée à cette forme, et non en tant qu'elle lui est commune avec les autres. C'est aussi dans le même sens que l'on dit : L'ame est un acte du corps, comme si l'on disoit, la chaleur est un acte de l'objet échauffé, et ce dont la chaleur est l'acte n'est pas qualifié par une autre qualité antérieure à la chaleur, parce que la chaleur appartient aux quatre premières qualités, mais on entend que c'est qualifié par la première chaleur, qui est son acte. Et on ne peut pas dire que la disposition du susceptible, par laquelle la puissance est appropriée à l'acte, donne le caractère de puissance au susceptible lui-même, de manière, par exemple, qu'après la destruction de cette disposition, elle ne soit plus puissance par rapport à une telle forme ; comme si l'on disoit que l'harmonie propre fait que le corps est puissance par rapport à l'ame, et que par conséquent, après la destruction ou la résolution de cette harmonie, elle n'est plus puissance, c'est-à-dire susceptible à son égard. Si, en effet, cela étoit vrai, il y auroit autant de puissances que d'actes, et une seule puissance ne répondroit pas aux divers actes du même genre, parce que les différents actes demandent des dispositions diverses dans la puissance susceptible.

---

<p>immediata respectu animæ, si accipiamus animam secundum suam propriam rationem, sicut est potentia immediata respectu aliarum formarum. Tamen si consideremus corpus in actu per ipsam animam, tunc ipsum corpus sic consideratum, est potentia respectu animæ, et secundum quod ipsa dat esse vivum et sensitivum, et sic deinceps ; et sic loquitur Philosophus in II. <i>De anima</i>, cum dicit, quod ex corpore et anima fit unum sicut ex potentia et actu, et similiter quando dicit ibi quod anima est actus corporis, ideo autem sic loquitur, quia in diffinitione formæ debet poni materia prout appropriata est illi formæ, non autem secundum quod communis est sibi et aliis ; similis est modus loquendi cum dicitur : Anima est actus corporis, ac si diceretur, calor est actus calefacti, non</p>	<p>autem id cujus calor est actus, est qualificatum alia qualitate priori quam sit calor, quia calor est de primis quatuor qualitibus, sed intelligitur quod sit qualificatum primo calore, qui est actus ejus. Nec potest dici, quod dispositio susceptivi, per quam appropriatur potentia actui, det ipsi susceptivo rationem potentiæ, ita scilicet quod illa dispositione destructa, non sit amplius potentia respectu talis formæ : sicut si diceretur quod propria harmonia facit, quod corpus est potentia respectu animæ, et ideo ipsa harmonia destructa vel soluta jam non est potentia, scilicet susceptiva respectu ipsius. Si enim hoc esset verum, tot essent potentiæ quot actus, et non responderet una potentia diversis actibus ejusdem generis, quia diversi actus requirunt diversas dispositiones in potentia</p>
--	--

Nous voyons, en effet, que les actes des actifs se trouvent dans le patient et le disposé, comme il est dit au livre second de l'Ame. C'est ce qui fait aussi que les formes des éléments qui ont évidemment le même susceptible prochain, demandent dans leur susceptible des dispositions contraires, savoir, la forme du feu la chaleur, la forme de l'eau la fraîcheur. Peu importe de dire que cela se fait à raison du défaut de l'agent naturel, parce que cette puissance passive, qui est un corps mort, ne peut être amenée à l'acte de la vie, par la raison que à toute puissance passive répond une puissance active quelconque qui puisse l'amener à l'acte, autrement cette puissance passive seroit oisive. C'est pourquoi, de ce qu'il n'y a point de puissance naturelle qui puisse disposer un corps mort à l'acte de la vie, il s'ensuit qu'il n'est pas puissance par rapport à un tel acte, et par conséquent aussi le corps mort n'est pas le même qu'il étoit vivant, quant à la forme. En effet, ce corps vivant étoit puissance par rapport à l'ame, mais l'ame communique la qualité de vivant avec les perfections ultérieures, quoique la matière soit la puissance, en tant qu'elle constitue l'être substantiel et l'être corporel, comme il a été dit. Il faut donc ainsi que toutes les formes matérielles soient du même genre, parce qu'elles ont toutes le même susceptible prochain, c'est-à-dire la matière première : voilà la preuve de la seconde proposition. On démontre également cela d'après l'habitude des formes entre elles, quant à leurs essences. Pour mettre cela en évidence, il faut considérer que les formes des différents genres sont telles, que l'une n'a rien dans sa nature de la vertu de l'autre, mais qu'elles sont tout-à-fait d'une nature différente, n'étant pas contenues l'une dans l'autre : par exemple la couleur et la saveur, dont aucune n'est en vertu dans l'autre, et qui sont par là diverses, quant au genre. Mais les formes

susceptiva. Videmus enim actus activorum esse in patiente et disposito, ut dicitur II. *De anima.* Unde etiam formæ elementorum, de quibus manifestum est quod habent idem susceptivum proximum, requirunt in suo susceptivo dispositiones contrarias : puta, forma ignis calorem, forma aquæ frigiditatem. Nec valet si dicatur, quod hoc fit propter defectum agentis naturalis, quia illa potentia passiva quæ est corpus mortuum, non potest duci ad actum vitæ, quia cuilibet potentiæ passivæ respondet aliqua potentia activa, quæ possit eam ducere ad actum ; alioquin illa potentia passiva esset otiosa. Unde ex hoc quod non est aliqua potentia naturalis, quæ possit disponere corpus mortuum ad actum vitæ, sequitur quod ipsum non est potentia respectu talis actus, et per consequens etiam non est idem corpus secundum formam, quod fuit

vivum. Illud enim corpus vivum erat potentia respectu animæ, sed anima dat esse vivum et ultiores perfectiones, licet materia sit ejus potentia, secundum quod constituit esse substantiale et esse corporeum, sicut dictum est. Sic ergo oportet quod omnes formæ materiales sint ejusdem generis, eo quod omnes habent idem susceptivum proximum, scilicet materiam primam, et hoc est secundæ propositionis probatio. Ostenditur hoc idem ex habitudine formarum ad se invicem quantum ad suas essentias. Ad cujus evidentiam considerandum est, quod formæ diversorum generum sic se habent, quod una nihil habet in sui natura de virtute alterius, sed sunt penitus diversæ naturæ, quarum nulla continetur in alia ; puta, color et sapor, quorum neutrum est virtute in altero, et ex hoc sunt diversa secundum genus ; sed

du même genre sont telles, que l'une contient toujours l'autre en vertu, savoir, celle qui est plus parfaite contient en elle celle qui l'est moins avec une addition, de même que nous voyons qu'une figure en contient une autre avec quelque chose de plus. En effet, le tétragone renferme le trigone, avec un angle de plus; le pentagone renferme le tétragone, avec un angle en sus, et ainsi des autres; et il en est des autres genres comme du genre des figures rectilignes. Comme, en effet, en tout genre il y a quelque chose de premier, qui est la mesure de toutes les choses qui sont dans ce genre, il faut nécessairement que les diverses formes du même genre soient distinctes entre elles, en s'éloignant de ce qui est premier dans leur genre, et que par-là même elles soient multipliées en s'éloignant les unes plus, les autres moins, de façon qu'il y ait autant de formes que de modes d'éloignement. Par exemple, dans le genre de couleur il y a autant d'espèces qu'il y a de modes d'éloignement dans le genre de la couleur de ce qu'il y a de premier dans ce même genre, et de la mesure qui renferme toute la perfection du genre. C'est pourquoi Aristote dit dans le dixième livre de la Métaphysique, que le noir, qui s'éloigne le plus du blanc, est la privation du blanc, par la raison qu'il manque totalement de la perfection du blanc, et il en est ainsi à l'égard des autres contraires. En effet, tous les contraires sont dans le même genre, d'où il résulte qu'un des contraires est toujours privation par rapport à un autre qui est habitude, parce qu'il contient toute la perfection de son genre. On peut conclure de là que toutes les formes qui sont telles, à l'égard les unes des autres, que la plus parfaite contient en elle celle qui l'est moins, en y ajoutant quelque chose, sont du même genre. Il en est ainsi de toutes les formes substantielles, dans ce cas elles sont comme les nombres dont les espèces

formæ ejusdem generis sic se habent, quod semper una virtute continet aliam, illa scilicet quæ est perfectior in se continet imperfectiorem cum alio addito, sicut videmus quod una figura continet aliam et aliquid amplius. Tetragonum enim continet trigonum et addit unum angulum; pentagonum continet tetragonum et addit unum angulum, et ita de cæteris, et sicut est in genere rectilinearum figurarum, ita est in aliis generibus. Cum enim in omni genere sit unum primum quod est mensura omnium, quæ sunt in illo genere, oportet quod diversæ formæ ejusdem generis, sint ab invicem distinctæ per recessum a primo sui generis, et quod multiplicentur secundum quod multum recedunt ab illo primo, quædam minus et quædam magis, ut scilicet tot sint formæ, quot mo-

dis sit recessus ab illo primo: puta, in genere coloris tot sunt species, quot modis sit recessus ab illo primo in genere coloris et mensura totam perfectionem sui generis comprehendente. Unde et Philosophus, X. *Metaph.*, nigrum, quod maxime distat ab albo, dicit esse privationem albi, eo quod minime habet perfectionem coloris albi, et ita est in aliis contrariis. Omnia enim contraria sunt in eodem genere, unde unum contrariorum semper est privatio respectu alterius quod est habitus, eo quod continet totam perfectionem sui generis. Ex his concludi potest, quæcumque formæ sic se habent ad invicem, quod semper perfectior continet in se imperfectiorem et super eam addit aliquid, sunt ejusdem generis. Sic se habent omnes formæ substantiales, tunc enim formæ sunt ut nu-

résultent de ce que le plus grand ajoute une unité au plus petit, comme il est dit aux VIII<sup>e</sup> et IX<sup>e</sup> livres de la Métaphysique. Donc, toutes les formes substantielles matérielles sont du même genre. De même, en effet, que les différents nombres se forment en progressant naturellement de l'unité, de manière que le premier nombre ajoute une unité à l'unité, et ainsi de suite, de même les formes matérielles se prennent en raison d'un certain éloignement de la matière relatif au plus ou moins de perfection. Les formes des éléments sont très-proches de la matière première, et par-là même très-imparfaites, suivant le Commentateur, et comme s'éloignant peu de la matière. C'est ce qui fait que les corps élémentaires sont appelés premiers corps, comme constitués par les premières formes et la matière première. Ces formes, à cause de leur proximité de la matière, ne sont suivies d'aucune opération excédant les qualités actives et passives. Et par conséquent elles s'éloignent davantage de l'imperfection et de la potentialité de la matière première de la forme des corps mixtes, comme ayant en elles quelque chose de la forme des éléments et quelque chose en sus, ce qui fait qu'elles déterminent des opérations excédant les qualités actives et passives des éléments. Par exemple, l'aimant attire le fer, le jaspé arrête le sang, et ainsi des autres; et dans ces métaux il y a encore plusieurs degrés. On peut également comparer les plantes aux êtres inanimés, parce que les formes des plantes excèdent la forme de toutes les choses inanimées, à raison de quoi elles ont en elles-mêmes le principe actif de leur mouvement, savoir de la nutrition, de l'accroissement, ce qui ne convient à aucun être inanimé. De même les formes des animaux excèdent les formes des plantes, et s'éloignent davantage de la *terrestreté* de la matière, parce qu'elles ont en elles le principe de leur mouvement, et en outre

meri, quorum species resultant, per hoc quod major addit unitatem supra minorem, sicut dicitur VIII. *Metaph.* et IX. Omnes ergo formæ substantiales materiales sunt ejusdem generis. Sicut enim numeri diversi resultant secundum progressionem naturalem ab unitate, ita quod primus numerus super unitatem addit unitatem, et sic deinceps, ita forinæ materiales accipiuntur secundum quemdam a materia recessum secundum perfectius et imperfectius. Formæ siquidem elementorum sunt propinquissimæ materiæ primæ, et sic imperfectissimæ secundum Commentatorem, et quasi parum a materia recedentes. Unde corpora elementaria dicuntur prima corpora tanquam a primis formis et materia prima constituta. Ista autem formas propter sui propinquitatem ad materiam non sequitur aliqua operatio excedens qua

litates activas et passivas. Consequenter autem magis recedunt ab imperfectione et potentialitate materiæ primæ formæ mixtorum, utpote habentes in se quiddam habent formæ elementorum, et adhuc amplius, unde et ipsas consequuntur operationes, excedentes qualitates activas et passivas elementorum, puta, adamas trahit ferrum, jaspis restringit sanguinem, et sic de aliis, et in istis etiam sunt multi gradus. Similis est etiam comparatio plantarum ad inanimata, quod scilicet formæ plantarum excedunt omnium inanimatorum formam, ex quo quidem excessu habent in seipsis principium sui motus activum, puta, nutritionis et augmentationis, quod nulli inanimato competit. Similiter etiam formæ animalium excedunt formas plantarum, et plus elongantur a terrestretate materiæ, propter quod habent in se



les connoissances des autres choses. Mais l'ame humaine est la plus parfaite de toutes les formes reçues dans la matière. C'est pourquoi elle est non-seulement un principe de cognition s'opérant par l'organe corporel, mais parce qu'elle est élevée au-dessus de la matière, elle a naturellement une cognition et une intelligence séparée de la matière, ce qui fait qu'elle doit être immortelle, comme l'insinue Aristote au chap. XII de la Métaph., parce que, entre toutes les formes, elle subsiste seule après la corruption du corps. Ainsi donc, comme elle est la plus parfaite entre toutes les formes matérielles, et qu'elle contient virtuellement la forme végétative de la plante et la forme sensitive de la brute, elle doit nécessairement contenir virtuellement toutes les autres formes matérielles, et ainsi quant à ce qu'elle est une perfection du corps, elle est du même genre que les autres formes corporelles ou matérielles; et ainsi on peut remarquer que la forme substantielle, qui est plus parfaite, renferme en elle la moins parfaite et quelque chose de plus, il faut donc admettre qu'elles sont toutes du même genre : c'est là la troisième et dernière preuve de la proposition. La première proposition de la même question se prouve par ce qui a été dit. Et d'abord par la transmutation des formes entre elles.

En effet, si deux formes quelconques concourent ensemble à parfaire le même sujet, elles sont contingentes et ne présentent aucune répugnance. Or la transmutation par soi ne se produit pas entre des formes contingentes; car le contingent ne provient du contingent que par accident, et par conséquent ne se résout en contingent que par accident, comme il est dit au livre I<sup>er</sup> de la Phys. Or, si la transmutation par soi ne se produit pas entre les formes qui existent simultanément dans un sujet, il s'ensuit qu'elles ne sont pas du même genre, parce que la transmutation par soi se produit entre les formes

principium sui motus, sed et cognitiones aliarum rerum. Anima vero humana inter omnes formas receptas in materia perfectissima est. Unde non solum est principium cognitionis, quæ est per organum corporale, sed quia elevata est super materiam, naturaliter habet cognitionem et intelligentiam separatam a materia, unde oportet quod sit perpetua, sicut innuit Philosophus, XII. *Metaph.*, quod inter omnes formas ipsa sola manet post corporis corruptionem. Sic ergo cum sit perfectissima inter omnes formas materiales, et contineat virtualiter vegetativam plantæ et sensitivam bruti, oportet quod contineat virtute omnes alias formas materiales, et ita quantum ad hoc quod est perfectio corporis, est ejusdem generis cum aliis formis corporalibus vel materialibus, et sic considerari potest quod semper forma

substantialis quæ est perfectior, continet in se imperfectiorem et amplius, et ita relinquitur, quod omnes sunt ejusdem generis; et hæc est tertia et ultima probatio propositionis. Prima vero propositio ejusdem rationis probatur ex his quæ dicta sunt. Primo quidem per transmutationem formarum ad invicem. Si enim aliquæ duæ formæ perliciunt simul idem subjectum, illæ sunt contingentes nullam repugnantiam habentes. Inter formas autem contingentes non cadit transmutatio per se. Contingens enim non fit ex contingenti nisi per accidens, nec per consequens corrumpitur in contingens nisi per accidens, sicut dicitur I. *Phys.* Si autem inter formas quæ simul sunt in subjecto, non cadit transmutatio per se, sequitur quod non sint ejusdem generis, quia inter formas ejusdem generis cadit transmutatio per se,

du même genre , comme on l'a démontré. Il est donc impossible que deux formes du même genre concourent ensemble à parfaire un même sujet. La seconde preuve se tire de ce que les formes du même genre ont le même susceptible immédiat. Or, il n'est pas possible que deux formes aient à la fois numériquement le même susceptible immédiat , parce qu'il doit y avoir un ordre naturel entre les formes , et deux formes pareilles ne sont mises dans le même sujet qu'en tant que l'une est coordonnée à l'autre ; et encore nulle d'elles ne sera perfectionnée par l'autre , parce que ce qui est perfectible précède la perfection. Si donc l'on dit que de deux formes l'une perfectionne le susceptible par le moyen de l'autre , il s'ensuit qu'elles n'ont pas le même susceptible immédiat , et par conséquent qu'elles ne sont pas du même genre. Donc il est impossible que deux formes perfectionnent d'une manière quelconque le même susceptible. Peu importe de dire qu'une forme est la disposition au susceptible , et l'autre en est l'acte , parce que les diverses formes du même genre demandent différentes dispositions par le moyen desquelles le réceptif leur soit approprié ; et quoique , dans l'ordre de la génération , l'une dispose à l'induction de l'autre , néanmoins , dans l'ordre de l'être , la disposition propre de l'une répugne à l'autre. Car si la disposition de l'une subsistait avec la disposition de l'autre , cette disposition seroit commune , et ne seroit propre à aucune. Or il n'y a point de forme dans la matière , sans qu'elle soit disposée et propre. S'il y avoit simultanément deux formes dans la matière , aucune d'elles n'auroit une disposition propre ; car toute la disposition de la matière seroit commune à l'une et à l'autre , par cela que l'une et l'autre forme subsiste avec cette disposition. Donc il est non-seulement vrai qu'une forme n'appartient pas à la disposition propre de l'autre , mais encore qu'elle n'en souffre

ut prius ostensum est. Impossibile est ergo duas formas ejusdem generis simul perficere idem subjectum. Secundo ostenditur idem per hoc quod formæ ejusdem generis habent idem susceptivum immediatum. Non est autem possibile, quod duæ formæ habeant idem susceptivum numero immediatum simul, quia oportet esse ordinem naturalem inter formas, nec etiam ponuntur duæ formæ tales in eodem subjecto, nisi in quantum una est ordinata ad aliam; neutra etiam perficitur per aliam, eo quod perfectibile præsupponitur perfectioni. Si ergo dicatur quod duarum formarum una perficit susceptivum mediante alia, sequitur quod non habent idem susceptivum immediatum, et per consequens quod non sint ejusdem generis. Impossibile est ergo duas formas aliquo modo perficere idem susceptivum. Nec

etiam valét si dicatur, quod una forma est dispositio ad susceptivum, et alia est actus ejusdem, quia diversæ formæ ejusdem generis requirunt diversas dispositiones, per quas receptivum eis approprietur, et licet in via generationis una disponat ad inductionem alterius, tamen in via essendi dispositio propria unius repugnat alteri. Si enim dispositio unius staret cum dispositione alterius, jam esset communis dispositio et nullius propria. Forma autem non est in materia, nisi sit disposita et propria.

Si essent duæ formæ in materia simul, neutra haberet propriam dispositionem: tota enim dispositio materiæ esset communis utrique, ex quo utraque forma stat cum illa dispositione. Non solum ergo verum est quod una forma non pertinet ad dispositionem alterius propriam, sed nec

pas d'autre avec elle dans le même sujet. Et on peut trouver là la troisième preuve tirée de l'impossibilité de la coexistence des dispositions. En quatrième lieu, on peut établir ainsi la preuve. La forme la plus parfaite renferme toujours la plus imparfaite, comme dans les nombres et les figures, où le nombre cinq renferme le nombre quatre, et le pentagone le tétragone, ainsi que nous l'avons fait voir. Donc la forme plus parfaite existant dans la matière, ce seroit inutilement que s'y trouveroit la forme moins parfaite, puisqu'elle est contenue dans la forme plus parfaite, et qu'elle est avec elle du même genre dans le même sujet. La cinquième preuve se tire de ce qui paroît à nos sens. Nous remarquons dans les formes sensibles qui sont du même genre, qu'elles ne se souffrent pas mutuellement dans le même sujet. Un corps, en effet, n'est pas, dans la même partie, rouge et blanc, pas plus que froid et chaud, et nous remarquons cela non-seulement dans les choses où il y a contrariété, mais encore dans les autres. Un corps ne peut effectivement être tout à la fois triangulaire et quadrangulaire. Donc, puisque nous nous élevons par le moyen des sensibles à la connoissance des intelligibles, il est impossible que les formes du même genre, qui ne sont pas sensibles, telles que sont les formes substantielles, puissent compatir entre elles dans le même sujet. On peut encore établir ainsi une autre preuve. Dans les formes où l'on trouve la contrariété, par exemple dans les couleurs et les saveurs, il y a deux choses à remarquer, savoir, qu'elles varient d'intensité, et qu'elles sont du même genre. Or il est évident que dans de telles choses deux formes sont simultanément et relativement impossibles. Donc ou elles sont impossibles ainsi à raison de leur augmentation ou diminution d'intensité, ou parce qu'elles sont du même genre. On ne voit pas d'autre cause de cette *impossibilité*.

---

etiam compatitur secum aliam in eodem subjecto. Et hæc potest esse tertia probatio sumpta ex impossibilitate dispositionum. Quarto, ostenditur idem sic. Semper forma perfectior continet imperfectiorem, sicut est in numeris et figuris, quod quaternarius continet ternarium, et pentagonus tetragonum, ut prius ostensum est. Forma ergo perfectiore existente in materia, frustra esset in ea forma imperfectiore, ex quo continetur in forma perfectiore, et sit cum forma imperfectiore ejusdem generis in eodem subjecto. Quinto persuadetur sic per ea quæ apparent sensui. Videmus enim in formis sensibilibus, quæ sunt ejusdem generis, quod non compatiantur se in eodem subjecto. Non enim idem corpus in eadem sui parte est album et rubeum, nec etiam calidum et frigidum, et sic etiam videmus non solum in illis ubi est contrarietas, sed etiam in aliis. Non enim aliquod corpus potest esse simul triangulare et quadrangulare. Cum ergo per sensibilia elevemur ad cognitionem intelligibilium, impossibile est quod formæ ejusdem generis quæ non sunt sensibles, cujusmodi sunt formæ substantiales, compatiantur se in eodem subjecto. Sexto, probatur idem sic. In formis ubi invenitur contrarietas, puta, in coloribus et saporibus, duo est considerare, scilicet quod intenduntur et remittuntur, et quod sunt ejusdem generis. Manifestum est autem quod in talibus duæ formæ sunt impossibiles ad invicem. Aut ergo sunt impossibiles, quia intenduntur et remittuntur, aut quia sunt ejusdem generis; nec apparet aliqua alia causa impossibili-

Mais on ne peut pas dire qu'elles sont *impossibles* à raison de l'augmentation ou de la diminution d'intensité, parce que, par l'*intension* ou la *rémission* de la forme dans le sujet, il se fait en quelque sorte une transition à une autre forme du même genre, ou plus parfaite, ou moins parfaite, et par ce moyen disparoît quelque chose de l'impossibilité de l'une à l'égard de l'autre. Il ne reste donc plus qu'à dire qu'elles sont *impossibles* par cette raison qu'elles sont du même genre. Donc, puisqu'en posant la cause on admet l'effet, il faut en général que toutes les formes qui sont du même genre soient impossibles par cette raison. La septième preuve se déduit ainsi. La forme moins parfaite d'un genre quelconque se distingue de celle qui est plus parfaite, non à raison de quelque chose de positif existant en elle, et n'existant pas dans celle qui est plus parfaite, parce que, ainsi qu'il a été dit, la plus parfaite contient totalement celle qui l'est moins, et quelque chose de plus. Elle en est donc distinguée par cela que la forme plus parfaite introduit dans le sujet quelque chose dont la moins parfaite produit la négation. Donc, comme il est impossible qu'un sujet possède et soit privé en même temps de quelque chose de positif, il est impossible qu'une forme plus parfaite et une forme moins parfaite existent en même temps dans le même sujet. Huitième preuve. Un acte quelconque, tant qu'il perfectionne sa puissance, la perfectionne, l'occupe et la contient totalement. Car il est de l'essence de l'acte de parfaire, de limiter et de compléter sa puissance. Mais un susceptible occupé et complet n'admet rien de plus avant d'avoir subi une évacuation. Donc les formes de même genre ayant le même susceptible, il est impossible à celui-ci de recevoir une forme après l'autre, sans être débarrassé de la première. Neuvième et dernière preuve. Toute transmutation par soi se fait de l'opposé à l'opposé, car on fait le

tatis, nisi alterum istorum. Sed non potest dici quod sunt impossibiles, quia intenduntur et remittuntur, quia per intentionem et remissionem formæ in subjecto fit quodammodo accessus ad aliam formam ejusdem generis, vel perfectiorem vel imperfectiorem, et sic per hoc tollitur aliquid impossibilitatis unius ad alteram. Relinquitur ergo quod sint impossibiles propter hoc, quia sunt ejusdem generis. Cum ergo posita causa, ponatur effectus, oportet universaliter quod omnes formæ quæ sunt ejusdem generis, sint ex hoc impossibiles. Septimo, arguitur sic. Forma imperfectior alicujus generis distinguitur a perfectiore non secundum aliquid positivum quod sit in ea et non in perfectiore, quia sicut dictum est, perfectior continet imperfectiorem totaliter et adhuc amplius. Per hoc ergo distinguitur ab ea,

quod forma perfectior aliquid ponit in subjecto, cujus privationem ponit imperfectior. Cum ergo impossibile sit aliquod subjectum simul habere in se aliquod positivum, et privationem ejusdem, impossibile est ergo quod forma perfectior et imperfectior ejusdem generis simul sint in eodem subjecto. Octavo, arguitur. Omnis actus quamdiu suam potentiam perficit, totaliter eam perficit, et occupat, et continet. De ratione enim actus est perficere, terminare et complere suam potentiam; sed susceptivum occupatum et completum, nihil suscipit quousquæ evacuetur. Ergo cum formæ ejusdem generis habeant idem susceptivum, impossibile est quod recipiat unam formam post aliam, nisi priore abjecta. Nono et ultimo arguitur. Omnis transmutatio per se est de opposito in oppositum, de non albo enim fit album, et

blanc de ce qui n'est pas blanc, le feu de ce qui n'est pas du feu ; mais il y a transmutation par soi entre deux formes de même genre, comme on l'a dit. Donc une forme produit une dénomination différente de celle qui accompagnoit une autre forme de même genre, et c'est ce qui se voit dans les formes sensibles. En effet, un corps rouge est non blanc, et non noir, et non vert ; pareillement le blanc est non rouge et non vert, et ainsi des autres. Si donc deux formes de même genre concouroient ensemble à perfectionner le même sujet, il se trouveroit simultanément dans le même sujet des choses opposées. Par exemple, si dans le même sujet il y avoit blancheur et rougeur, le même sujet seroit qualifié non blanc par la rougeur, et blanc par la blancheur, et ainsi il seroit blanc et non blanc. Or c'est là l'opposé du premier principe, et on a ainsi suffisamment montré que différentes formes du même genre ne peuvent concourir simultanément à parfaire le même sujet ; d'un autre côté, on a prouvé précédemment que toutes les formes substantielles sont du même genre ; il ne reste donc plus qu'à conclure qu'un sujet ne peut être perfectionné simultanément par divers modes substantiels, mais par un seul. Cette méthode est prise dans l'opinion d'Aristote formulée en divers endroits, et surtout dans le livre X de la Métaph., où il dit que comme dans les couleurs il y a quelque chose de premier qui est la mesure de toutes les couleurs, savoir la couleur blanche, dans les tons il y a quelque chose de premier, savoir le dièse, dans les figures rectilignes il y a aussi quelque chose de premier, savoir le trigone. Il en est de même dans les autres genres, et, cela étant, il doit en être de même dans les passions, les qualités et les substances. Car la même chose a lieu en tout.

Ces paroles du Philosophe expriment formellement que toutes les

de non igne ignis ; sed inter duas formas ejusdem generis est per se transmutatio, sicut dictum est. Ergo una forma denominat ipsum opposita denominatione a prima qua denominat ipsum alia forma ejusdem generis, et hoc apparet in formis sensibilibus. Corpus enim quod est rubeum, est non album, et est non nigrum, et non viride ; eodem etiam modo album est non rubeum et non viride, et sic de aliis. Si ergo duæ formæ ejusdem generis simul perficerent idem subjectum, opposita simul inessent eidem subjecto : puta, si in eodem subjecto esset albedo et rubedo, denominaretur idem subjectum per rubedinem non album et per albedinem album, et ita esse album et non album : hoc autem est oppositam primi principii, et ita sufficienter ostensum est, quod diversæ

formæ ejusdem generis non possunt simul perficere idem subjectum ; prius autem probatum est, omnes formas substantiales esse ejusdem generis. Relinquitur ergo quod non est possibile aliquod subjectum simul perfici diversis modis substantialibus, sed una sola. Sumpta est autem hæc via ex sententiâ Philosophi in diversis locis, et præcipue ex X. *Metaph.*, ubi dicit quod sicut in coloribus est unum primum, quod est mensura omnium colorum, scilicet color albus, et in vocibus est unum primum illius generis, scilicet diesis, et in figuris rectilineis est unum primum, scilicet trigonum ; ita est in aliis generibus, et si ita sit, in passionibus, et qualitibus, et substantiis, necesse est similiter se habere. Similiter enim se habet in omnibus.

Ex istis verbis Philosophi habetur ex-

substances dont il parle ici appartiennent à un seul genre physique. Or il parle des substances matérielles, parce qu'il n'est pas encore arrivé à traiter des substances immatérielles. Il dit aussi au même endroit, que la privation est un principe de contrariété, et qu'un des contraires est la privation à l'égard d'un autre. Le commentateur dit également, sur le même passage, que toutes les choses contraires sont opposées à raison de la privation et de l'habitude. Car il arrive que l'un des contraires est la privation de perfection, parce que l'un des contraires est l'habitude parfaite, et l'autre diminuée. Or, la raison de ces deux auteurs, Aristote et son commentateur, est que les contraires sont dans le même genre et qu'ils sont par conséquent distingués par la privation et l'habitude de leur genre, comme on l'a exposé plus haut. La conséquence est donc que les formes de même genre, lorsqu'il n'y a pas de contrariété, sont distinguées de la même manière, comme dans les figures et les substances, de manière que l'une perfectionne toujours le sujet avec la privation de l'autre. Mais un des contraires est comme la privation, à cause de sa grande distance à son contraire, qui est l'habitude la plus parfaite du même genre, de même les milieux entre deux contraires venant des contraires eux-mêmes, ont quelque chose de la privation, et quelque chose de l'habitude à raison du plus et du moins, c'est pourquoi chacun d'eux est impossible avec l'autre dans le même sujet. Donc la même cause se trouvant dans les composés et dans les autres genres où il n'y a pas de contrariétés, deux formes du même genre ne pourront pas concourir ensemble à perfectionner le même sujet. Aristote dit aussi dans le même livre, qu'il n'y a point de transmutation d'un genre en un autre, si ce n'est par accident, et plus cet autre genre est plus parfait, plus il est simple et moins composé, comme

presse, quod substantiæ omnes, de quibus hic loquitur, sunt unius generis physici, loquitur autem de substantiis materialibus, quia nondum pervenit ad determinandum de substantiis immaterialibus. Dicit etiam in eodem, quod privatio est principium contrarietatis, et quod unum contrariorum est privatio respectu alterius. Ubi etiam dicit Commentator, quod omnia contraria opponuntur secundum privationem et habitum. Uni enim contrariorum accidit ut sit privatio perfectionis, quia alterum contrariorum est perfectus habitus, et alterum diminutus. Ratio autem istorum dictionum Philosophi et sui Commentatoris est, quia contraria sunt in eodem genere, et ideo distinguuntur secundum privationem et habitum sui generis, ut supra expositum est. Consequens ergo est, quod eodem modo distinguantur formæ ejusdem

generis, ubi non est contrarietas, utpote in figuris et in substantiis, ut semper a perficiat subjectum cum privatione alterius; sed unum contrariorum est ut privatio, propter sui maximam distantiam a suo contrario, quod est habitus perfectissimus ejusdem generis, ita et media inter duo contraria cum sint ex ipsis contrariis, aliquid habent de privatione, et aliquid de habitu secundum magis et minus, propter quod quodlibet eorum est impossibile alteri in eodem subjecto. Cum ergo eadem causa in compositis reperiatur et in aliis generibus, ubi non est contrarietas, non poterunt duæ formæ ejusdem generis simul perficere idem subjectum. Dicit etiam Philosophus in eodem libro, quod non est permutatio ex uno genere in aliud genus, nisi per accidens; et quanto aliud est perfectius, tanto est simplicius et minus compo-

on le voit dans les formes accidentelles du même genre. En effet, la blancheur qui est la couleur la plus parfaite est plus simple, et les autres couleurs sont plus ou moins composées et plus ou moins simples, selon qu'elles s'en éloignent ou s'en approchent. Outre cela, dans les formes du même genre l'une contient l'autre virtuellement, la plus parfaite la moins parfaite, et si la moins parfaite étoit unie à la plus parfaite, elle ne lui apporteroit aucune perfection, et cette union seroit inutile. Mais il n'y a rien d'inutile dans la nature; il ne sera donc pas possible de faire dans les espèces aucune addition de manière à ce qu'une forme préexistante subsiste avec une seconde qui sera survenue. Il faut donc entendre la comparaison susdite en ce sens que la forme préexistente s'altère lorsqu'il en survient une plus parfaite, de sorte que dans un composé il ne reste qu'une seule forme, laquelle néanmoins contient celle qui est moins parfaite et quelque chose de plus, et par conséquent lui ajoute quelque chose. De sorte que, ainsi que le nombre plus grand contient en soi le nombre moindre séparé de lui, et y ajoute quelque chose, comme le nombre quatre renferme virtuellement le nombre trois entièrement distinct et y ajoute l'unité; de même la forme plus parfaite ajoute quelque perfection à la forme moins parfaite qu'elle contient virtuellement. Donc quoique dans les nombres on puisse ajouter au nombre trois une nouvelle unité laquelle, avec les trois autres unités, forme le nombre quatre, qui est le nombre plus grand, néanmoins ce mode n'est pas possible dans les formes, et la forme survenant ne peut constituer une forme plus parfaite avec celle qui préexiste dans la matière. Il y a deux raisons de cette différence, la première, c'est que l'addition d'un nombre à un autre nombre se fait suivant les parties intégrales ou quantitatives, en tant qu'un nombre en excède un autre.

situm, ut patet in formis accidentalibus ejusdem generis. Albedo enim quæ est color perfectissimus est simplicior; et alii colores in quantum ab eo distant vel ei appropinquant sunt compositiores vel simpliciores. Et præterea, formarum ejusdem generis una continet aliam virtualiter, scilicet perfectior imperfectiorem, et imperfectior si conjungeretur cum perfectiore, nullam perfectionem daret, sed esset frustra. In natura autem nihil est frustra, non ergo sic poterit fieri additio in speciebus, ut forma præexistens maneat cum alia superveniente. Oportet ergo similitudinem prædictam sic intelligere, ut forma perfectiore adveniente, corrumpatur præexistens, ut semper in composito maneat una forma tantum, continens tamen imperfectiorem et amplius, et per consequens addens super ipsam; ut sicut numerus major continet in

se numerum minorem seorsum ab eo existentem, et addit super ipsum, ut quaternarius continet in se virtualiter quantitative seorsum ab eo existentem ternarium et addit unitatem; ita forma perfectior super formam imperfectiorem, quam virtualiter continet, addit aliquam perfectionem. Licet ergo in numeris sit quod minori numero; puta ternario potest fieri additio unitatis novæ, quæ cum tribus unitatibus constituat quaternarium, qui est numerus major, tamen ille modus in formis non est possibilis, ut forma adveniens cum formâ præexistente in materia constituat perfectiorem formam. Et hujus diversitatis ratio est duplex, quia additio numeri super numerum est secundum partes integrales vel quantitativas, in quantum unus numerus excedit alium. Ad talem autem excessum habendum nihil re-

Mais pour avoir cet excédant, peu importe qu'en prenant le nombre moindre on y ajoute quelque chose en faisant de ce nombre une partie du plus grand, ou qu'on prenne le plus grand nombre tout à fait en dehors de toutes les unités. Des deux manières un nombre surpasse l'autre en quantité. Mais l'addition d'une forme à une autre forme du même genre se fait par rapport à la perfection. Or toute la perfection qui est dans la forme est moins parfaite dans la forme plus parfaite par soi, il n'y auroit donc pas accroissement de perfection par l'union de la forme moins parfaite avec celle qui est plus parfaite, et par conséquent toute forme est simple, et il n'en est aucune composée de formes, et la forme est d'autant plus simple qu'elle est plus grande et plus parfaite, quoiqu'il en soit tout le contraire dans les nombres, parce que plus un nombre est grand plus il est composé, et conséquemment il ne peut se faire d'addition à la forme existante, comme dans les nombres on ajoute à un nombre préexistant. La seconde raison de cette différence c'est que le nombre n'est pas quelque chose de simplement un, mais c'est quelque chose d'un par l'aggrégation des unités. Par conséquent il peut convenablement avoir plusieurs parties dont chacune est en acte, et conséquemment, de quelque manière que se fasse l'addition d'une partie à une autre partie, il en résulte un nombre plus grand; mais la substance matérielle est quelque chose d'un simplement, ce qui fait qu'il ne peut pas y avoir en elle plusieurs actualités, comme on le dira plus bas; en conséquence, lorsqu'il survient une forme substantielle, l'autre doit nécessairement céder la place. Pour cette raison il vaut mieux comparer les formes aux figures qu'aux nombres, parce que la figure suit la forme du continu; Aristote établit cette comparaison, dans le livre II de l'Ame, lorsqu'il dit : « Il en est de même pour ce qui est des figures lesquelles sont en

fert utrum accepto minore numero addamus aliquid faciendo ipsum minorem numerum partem majoris, vel quod accipiamus majorem numerum seorsum omnino ex omnibus unitatibus. Utroque enim modo unus numerus excedit alium secundum quantitatem. Sed additio formæ super formam ejusdem generis est secundum perfectionem; tota autem perfectio quæ est in forma, imperfectior est in forma perfectiore per se, et ita nulla perfectio cresceret ei ex forma imperfectiore, si poneretur cum perfectiore, et ideo omnis forma est simplex, et nulla est composita ex formis, et tanto forma est simplicior, quanto major est et perfectior, licet in numeris sit e contrario, quia quanto numerus est major, tanto est compositior, et ideo non potest fieri additio formæ existenti, sicut fit in numeris additio numero præexistenti. Alia ratio hujus diversitatis est, quia numerus non est quid unum simpliciter, sed unum aggregatione unitatum. Et ideo sibi competit habere plures partes, quarum quælibet est in actu, et ideo quocumque modo fiat additio partis ad partem, resultat numerus major, sed substantia materialis est unum quid simpliciter, et ideo non possunt in ea esse plures actualitates, ut infra dicitur; et ideo adveniente una forma substantiali, necesse est aliam cedere. Et secundum hoc convenientior est similitudo formarum ad figuras, quam ad numeros; eo quod figura sequitur formam continui, quam similitudinem ponit Philosophus, in II. *De anima*, sic inquit: « Similiter se habent ei quod de figuris est et quæ secundum animam



rapport avec l'ame. » En effet, il y a toujours dans ce qui est d'une manière conséquente une puissance qui est antérieurement dans les figures et dans les choses animées, comme le trigone dans le tétragone, le végétatif dans le sensitif. Or, dans les figures il est évident que pour avoir une espèce plus grande dans le trigone, il ne faut pas lui ajouter une ligne quelconque pour avoir le tétragone, parce que de quelque manière que l'on ajoute cette ligne il n'y auroit pas une figure plus grande, parce qu'elle ne sera pas fermée d'une manière différente. On ne peut pas non plus ajouter à un trigone préexistant un nouveau quaternaire pour former avec lui une figure plus grande, parce que deux figures du même genre ne peuvent coexister numériquement dans le même sujet ou corps, mais il faut, pour que le corps trigone devienne tétragone, opérer une section dans le corps pour détruire la figure triangulaire, il devient ou flexible ou ductile, et il y a une autre opération à faire pour avoir quatre angles en détruisant les premiers angles qui se trouvoient dans la figure triangulaire. Ainsi donc il est nécessaire qu'il se fasse une addition ou une soustraction dans les substances des choses de telle sorte que la figure qui préexistoit s'altère lorsqu'il en survient une nouvelle, comme on le voit dans les figures, et de même dans les nombres dont l'un est pris après l'autre en dehors de toutes les autres unités, un nombre contenant plus d'unités que l'autre et le surmontant ainsi. Il est aussi évident que cet ordre procède suivant l'opinion d'Aristote, parce que les propositions dont nous avons étayé nos assertions, viennent de lui, et sont prises dans son sens. Mais il reste un doute à éclaircir, considérant comme prouvé qu'il n'y a pas plusieurs formes substantielles dans l'homme, parce que l'ame raisonnable étant incorruptible ne paroit pas être du même genre que les choses matérielles qui sont

sunt. » Semper enim in eo quod est consequenter, est potentia quod prius est in figuris et in animatis, ut in tetragono quidem trigonum, in sensitivo autem vegetativum. Manifestum est autem in figuris, quod ad habendum speciem majorem trigono manenti, non est illi addenda aliqua linea ut habeatur tetragonus, quia qualitercumque addatur illa linea non esset figura major, quia non esset alia clausio quam prius. Nec etiam trigono præexistenti potest addi novum quaternarium, ad constituendum cum ipso majorem figuram, quia non compatiuntur se in eodem subjecto sive corpore secundum numerum duæ figuræ ejusdem generis, sed oportet ad hoc quod corpus trigonum fiat tetragonum, amovere per decisionem de corpore, ut destruatür figura triangularis, vel sit flexibilis vel ductibilis oportet in ipso

aliam curationem facere, ut habeantur quatuor anguli destructis primis angulis qui fuerunt in figura triangulari. Sic ergo necesse est additionem vel subtractionem in substantiis rerum fieri, ut adveniente nova forma corrumpatur illa quæ præexistebat, sicut in figuris patet et sicut in numeris quorum unus accipitur post alium seorsum ex aliis unitatibus omnibus, cum unus plures unitates contineat quam alter, et sic cadit super ipsum. Patet etiam quod tota illa via procedit secundum sententiam Philosophi, quia propositiones ex quibus ostensum est propositum, ab eo sumptæ sunt et secundum sensum quem intellexit. Sed unum dubium restat videre, quia videtur esse probatum, quod in homine non sint plures formæ substantiales, quia anima rationalis cum sit incorruptibilis, non videtur esse ejusdem generis cum aliis mate-

corruptibles, puisque le corruptible et l'incorruptible différent en genre, comme il est dit au livre X de la Métaph., et ainsi l'ame raisonnable admet avec soi certaines formes corporelles dans l'homme, de façon qu'il y ait deux formes dans l'homme, savoir, l'ame raisonnable et la forme du corps. A cela il faut dire que c'est à cause de cela que l'ame a été constituée sur les limites des substances séparées qui sont incorporelles, et des formes matérielles qui sont corporelles. Car elle est la plus basse des formes incorruptibles et la plus élevée des formes corruptibles; c'est pour cela qu'elle est en partie séparée de la matière et en partie dans la matière; suivant l'intellect et la volonté, elle est séparée et incorruptible, et sous ce rapport, elle appartient au genre des substances séparées, mais suivant les autres puissances elle est un acte de la matière, et sous ce rapport elle est corruptible et appartient ainsi au genre des formes matérielles qui sont corruptibles. Tout cela est évident par la raison que par ces puissances, savoir la puissance sensitive et la puissance végétative, elle contient la perfection qui se trouve dans les formes des brutes, mais dans un degré plus éminent. C'est pourquoi il est impossible qu'elle puisse coexister avec une autre dans le même sujet, étant du même genre que chacune des autres, de la même manière que toutes les autres formes sont *impossibles* par la raison qu'elles sont du même genre, comme on l'a prouvé.

Nous allons passer au second moyen de démonstration qui se tire de la puissance essentielle de la forme substantielle, à savoir de ce que chaque forme substantielle constitue un être simplement; et pour écarter toute dispute de mots, j'appelle être simplement ce qui est une chose déterminée et subsistante. En effet, une chose déterminée subsistante ne dépend de rien dans l'existence; ce qui est dépendant, c'est

rialibus quæ sunt corruptibiles, quia corruptibile et incorruptibile differunt secundum genus, ut dicitur X. *Metaph.*, et ita anima rationalis compatitur secum quasdam formas corporales in homine, ut sint duæ formæ in homine, scilicet anima rationalis et forma corporis. Ad hoc dicendum est quod propter hoc anima constituta est in confinio substantiarum separatarum quæ sunt incorporeales, et formarum materialium quæ sunt corporales. Est enim infima formarum incorruptibilium et suprema formarum corruptibilium; et propter hoc est partim separata a materia, et partim in materia, secundum intellectum namque et voluntatem separata et incorruptibilis est, et quantum ad hoc pertinet ad genus substantiarum separatarum, sed secundum alias potentias est actus materiæ, et secundum illas est corruptibilis, et

cordent dans le genre comme dans ce qui est contenant dans leur condition et dans leur principal objet signifié, car dans la raison de l'homme et dans son principal objet signifié, se trouve renfermé animal. Les différences, au contraire, s'accordent dans le genre comme dans quelque chose de déterminable par elles rationnellement, qui est en dehors de leur intellect, comme raisonnable et irraisonnable s'accordent dans animal. Donc comme il ne peut rien se trouver en dehors de l'intellect de quoi il y ait être, rien ne pourra être la différence de l'être, et par conséquent l'être ne pourra pas non plus être genre. On donne aussi une autre raison pourquoi l'être n'est pas genre, c'est parce qu'il ne peut pas être univoque à l'égard de la substance et de l'accident. Il faut remarquer que dans l'exemple proposé ci-dessus la matière est prise dans un autre sens qu'on la prenoit d'abord, quand on a dit que les individus sont distingués par la matière, et que la matière est un principe d'individuation. Il y a, en effet, la matière première et la matière spécifique, savoir celle qui est caractérisée par la quantité et par les autres accidents qui opèrent l'individuation. Or, on appelle matière première ce qui est en puissance à l'égard de toutes les formes substantielles, et qui n'est considérée que dans sa pure potentialité, qui est appelée une par l'éloignement de toutes les formes en tant qu'on considère une nature potentielle perfectible par les formes, abstraction faite de ce qu'elle est parfaite par l'acte, et c'est de cette matière que nous parlions dans l'exemple mentionné plus haut. Quant à la matière spécifique, elle est ainsi appelée, suivant qu'elle a l'être avec telle quantité, telle qualité, et avec tels accidents, et sous ce rapport elle n'est pas une pour tout, mais elle est divisée par des individus quelconques, comme sont divisés les accidents susdits de chaque individu. Et parce que tous les individus et chacun a une partie de la matière première, en considé-

tione ipsarum et in earum principali significato, in ratione enim hominis, et in ejus principali significato includitur animal. Sed differentiae conveniunt in genere, sicut in quoddam determinabili secundum rationem per eas, quod est extra intellectum earum, sicut rationale et irrationale conveniunt in animali. Cum ergo nihil possit inveniri extra, cujus intellectum sit ens, nihil poterit esse differentia entis, nec per consequens ens poterit esse genus. Assignatur etiam alia ratio, quare ens non sit genus, quia non potest esse univocum ad substantiam et accidens. Notandum, quod in prædicto exemplo aliter sumitur materia quam sumebatur primo, quando dictum est, quod individua distinguuntur per materiam, et quod materia est principium individuationis. Est enim materia prima

et materia signata, seu hæc quæ videlicet quantitate signatur et aliis accidentibus individuantibus. Dicitur autem materia prima illud quod est in potentia ad omnes formas substantiales quæ consideratur solum in sua nuda potentialitate, quæ dicitur una per remotionem omnium formarum, in quantum consideratur una quidem natura potentialis perfectibilis per formas absque hoc, quod actu perfecta sit, et de ista materia loquebamur in exemplo supra-posito. Materia vero signata seu hæc dicitur prout habet esse cum hac quantitate et hac qualitate, et in aliis accidentibus; et sic considerata non est una omnium, sed per quælibet individua est divisa, sicut divisa sunt prædicta accidentia uniuscujusque individui. Et quia omnia individua et quodlibet eorum habet partem primæ

rant cette partie, non en tant que caractérisée par tels ou tels accidents, on dit que l'eau et le feu s'accordent dans une matière, comme dans l'exemple ci-dessus. Il est donc évident à l'égard des trois prédicables essentiels qui concourent à ordonner un prédicament, savoir : le genre, l'espèce et la différence qui sont appelés essentiels, qu'ils sont de l'essence des choses auxquelles ils sont appliqués.

## CHAPITRE VI.

*De l'origine du propre, et comment il se trouve dans tout individu de l'espèce et toujours.*

Nous allons parler maintenant des deux prédicables accidentels, savoir du propre et de l'accident. Ils sont appelés accidents, parce qu'ils ne sont pas de la substance ou de l'essence des sujets auxquels ils sont appliqués. Il faut observer que l'être réel se divise en substance et accident, c'est pourquoi en prenant ainsi l'accident en tant qu'il se divise d'avec la substance, le propre est accident, et se compte parmi les accidents ; car il n'est pas de la substance de ce dont il est le propre, et ne peut pas se trouver dans le prédicament de la substance. L'accident est pris dans un autre sens, non en tant qu'il se divise d'avec la substance, mais comme étant l'un des cinq prédicables, et dans ce sens le propre n'est pas accident, bien plus il en est séparé. Or, le propre se définit ainsi : le propre est ce qui se trouve dans une seule chose, et toujours, et se dit réciproquement de la chose. Or pour bien connoître les points de cette définition, parce qu'il nous est grandement nécessaire de connoître le propre, qu'Aristote appelle une passion propre, parce que dans une démonstration on ne conclut rien autre chose du sujet que la propre passion, il faut

dicatur ignis et aqua convenire in una materia, ut in dicto exemplo dictum est. Patet ergo de tribus prædicabilibus essentialibus, quæ concurrunt ad ordinandum prædicamentum, scilicet de genere, et specie, et differentia, quæ dicuntur essentialia, quia sunt de essentia eorum, de quibus prædicantur, etc.

### CAPUT VI.

*De origine proprii, et quomodo inest omni individuo speciei, et semper.*

Nunc dicendum est de duobus prædicabilibus accidentalibus, scilicet de proprio et accidente. Dicuntur autem accidentalibus, quia non sunt de substantia, sive de essentia subjectorum de quibus prædicantur. Notandum, quod ens reale dividitur in materia, considerando illam partem non ut est signata ex his vel his accidentibus,

substantiam et accidens, unde sic sumendo accidens prout dividitur contra substantiam, proprium est accidens, et inter accidentia computatur ; non enim est de substantia ejus, cujus est proprium, nec potest esse in prædicamento substantiæ. Alio modo sumitur accidens, non ut dividitur contra substantiam, sed ut est unum de quinque prædicabilibus, et sic proprium non est accidens, immo contra illud dividitur ; describitur autem proprium sic : Proprium est quod inest uni, soli, et semper, et conversim prædicatur de re. Ad videndum autem particulas hujus diffinitionis, quia valde est nobis necessarium scire proprium, quod Philosophus propriam passionem vocat, quia in demonstratione nihil aliud concluditur, nisi propria passio de subjecto. Sciendum, quod aliquid de aliquo dici seu prædicari contingit dupli-

savoir qu'il arrive qu'une chose est dite d'une autre ou appliquée à une autre de deux manières, savoir, par soi et par accident. La *prédication* par accident peut se faire de trois manières; la première quand l'accident se dit du sujet, comme l'homme est blanc; la seconde quand le sujet se dit de l'accident, comme le blanc est homme; la troisième, quand l'accident se dit de l'accident, comme le blanc est harmonieux. Par soi la *prédication* se fait de plusieurs manières, ainsi qu'on le verra dans le traité de la démonstration. Le second de ces modes de prédication par soi a lieu quand le propre se dit de ce dont il est propre, comme l'homme est risible. Donc comme le propre se dit du sujet, parce que ce n'est pas par accident, comme on l'a dit des accidents à l'égard de leurs sujets, il a par soi vis-à-vis de son sujet une autre habitude que n'ont pas les accidents communs. Car ceux-ci n'ont d'habitude à l'égard de leurs sujets que comme à la cause matérielle, en prenant cette matière pour sujet, qui est en puissance par rapport aux accidents, comme à certains actes qui lui sont inhérents. D'où il suit que si le propre n'avoit que cette habitude à l'égard du sujet, savoir que le sujet fût seulement passif et son réceptif, dans ce cas, comme ce qui n'est que le réceptif d'une chose, n'impose pas la nécessité d'être à la chose vis-à-vis de laquelle il est dans un tel rapport, il s'ensuit que le propre ne suit pas nécessairement le sujet, et que par conséquent par soi il ne pourroit être appliqué, et cependant nous avons vu le contraire. Nous voyons, en effet, dans les choses naturelles certaines opérations qui conviennent toujours à toutes les choses qui sont de la même espèce, comme attirer le fer convient toujours à l'aimant quel qu'il soit, c'est pourquoi il faut que ces opérations suivent quelque principe intrinsèque permanent dans ces corps. Néanmoins ce principe est appelé puissance en vertu,

citer, scilicet per se et per accidens. Prædicatio per accidens potest fieri tripliciter. Uno modo, quando accidens prædicatur de subjecto, ut homo est albus. Alio modo, quando subjectum prædicatur de accidente, ut album est homo. Tertio modo, quando accidens prædicatur de accidente, ut album est musicum. Prædicatio vero per se sit multipliciter, ut patebit in tractatu de demonstratione. Quorum secundus modus dicendi per se est, quando proprium prædicatur de eo cujus est proprium, ut homo est risibilis. Cum ergo proprium prædicatur de subjecto, quia non prædicatur per accidens, sicut dictum est de accidentibus respectu suorum subjectorum, sed per se aliam habitudinem habet ad subjectum suum quam habeant accidentia communia. Illa namque nullam habitudinem habent ad sua subjecta, nisi ut ad

causam materiale, sumendo hic materiam pro subjecto, quod est in potentia ad accidentia, sicut ad quosdam actus sibi inhærentes. Unde si proprium solam hanc habitudinem haberet ad subjectum, ut scilicet subjectum solummodo esset passivum et receptivum ejus, tunc cum illud, quod est receptivum tantum alicujus, non imponat necessitatem essendi ei, respectu cujus est tale, sequitur quod proprium non de necessitate sequatur subjectum, nec per consequens per se posset prædicari, et tamen vidimus oppositum. Nam in rebus naturalibus videmus quasdam operationes, quæ conveniunt semper omnibus quæ sunt ejusdem speciei, sicut attrahere ferrum semper convenit omni magneti: unde oportet quod tales operationes sequantur aliquod principium intrinsecum permanens in illis corporibus. Hoc tamen principium



parce que la vertu est la puissance qui est portée à la dernière chose qui peut se faire. Donc un tel principe tient la puissance d'être de la forme spécifique de cette chose. Et on ne peut pas dire que le sujet n'impose pas à une pareille vertu la nécessité d'être, mais un générateur, parce que si le sujet n'a aucune habitude nécessaire à un tel propre, quelque grand générateur que le sujet produise avec cette passion, cette passion propre cependant seroit par accident par rapport au sujet, et non par soi, et de cette manière elle ne pourroit être démontrée, le contraire se verra plus bas. Il reste donc maintenant que le sujet ait à l'égard de son propre l'habitude de cause efficiente, ce que l'on peut établir ainsi. En effet, les qualités propres agissent comme instruments de formes substantielles, car elles agissent pour produire les formes substantielles, comme la chaleur du feu agit sur le bois pour produire le feu, ce qu'elle ne pourroit pas faire, si elle n'étoit l'instrument de la forme substantielle de cet agent. Il en est ainsi, parce qu'elles reçoivent des formes substantielles la vertu de produire un tel effet, et ces qualités ne reçoivent pas des formes substantielles une vertu quelconque différente d'elles; elles ne reçoivent donc rien de plus qu'elles-mêmes; donc les formes substantielles des sujets sont la cause effective de leurs propres. Mais il s'élève à cet égard un grand doute, car il s'ensuit que le même sujet est sous le même rapport agent et patient et cause d'action et de passion, au moins dans les substances séparées, qui n'ont pas une partie en dehors de la partie; c'est pourquoi la même substance de l'ange, comme indivisible, seroit sous le même rapport effective de la passion propre, et réceptive en même temps, ce qui ne paroît pas convenable. Pour l'intelligence de cela il faut savoir qu'une chose se produit à sa manière dans l'action ainsi

*dicatur potentia sive virtus, quia virtus est potentia quæ fertur ad ultimum, quod fieri potest. Tale ergo principium necessitatem essendi habet a forma specifica illius rei. Nec potest dici quod tali virtuti subjectum non imponat necessitatem essendi, sed generans, quia si subjectum nullam habeat necessariam habitudinem ad tale proprium, quantumcumque generans semper generet subjectum cum tali passione, tamen talis propria passio per respectum ad subjectum esset per accidens et non per se, et sic non posset demonstrari, cujus oppositum infra patebit. Restat ergo quod subjectum habeat ad suum proprium habitudinem causæ efficientis, quod sic potest patere. Nam propriæ qualitates agunt ut instrumenta formarum substantialium, agunt enim ad productionem formarum substantialium, sicut calor ignis agit in ligna ad generandum ignem, quod non posset facere, nisi esset instrumentum formæ substantialis hujus agentis; hoc ergo est, quia recipiunt virtutem a formis substantialibus agendi hoc, nec recipiunt tales qualitates, a formis substantialibus aliquam virtutem differentem ab eis, nihil ergo aliud recipiunt, nisi seipsas, formæ ergo substantiales subjectorum sunt causa effectiva suorum priorum. Verum circa hoc videtur magnum dubium, nam sequitur quod idem subjectum sit secundum idem agens et patiens, et quod idem sit causa agendi et patiendi respectu ejusdem, ad minus in substantiis separatis, quæ non habent partem extra partem: unde eadem substantia angeli secundum idem, quia indivisibilis est, esset causa effectiva propriæ passionis, et receptiva, quod videtur inconveniens; ad quod intelligendum sciendum est, quod sicut se habet res in patiendo, sic suo modo se habet in agendo;*

que dans la passion ; or, dans la passion on appelle passif non-seulement ce qui reçoit, mais encore ce qui dispose à recevoir, par exemple : la cire qui reçoit la figure est appelée passive à l'égard de la figure, et non-seulement la cire est dans un état passif par rapport à la figure, mais aussi la mollesse qui dispose la cire à recevoir une semblable impression est également dans un état passif par rapport à la figure ; car, quoique ce ne soit point la mollesse qui reçoive la figure comme étant la condition réceptive, cette disposition est néanmoins en quelque façon une condition susceptible, et encore à sa manière un principe donnant naissance à quelque chose dans un certain ordre, et par une certaine connexion nécessaire par le moyen de quelque autre chose, produit quelque chose, et ce qui est produit est dans un état actif par rapport au principe producteur. Comme un clou enfoncé dans une poutre, si le mouvement étoit toujours imprimé à la poutre au moyen du clou, quoique tout le mouvement vînt effectivement de l'homme vivant qui imprimeroit le mouvement, savoir à la poutre et au clou, cependant le clou seroit dans une disposition active au mouvement par rapport à la poutre, il se montre de même à l'égard du sujet par rapport à sa propre passion. Car le sujet est comme le clou, la passion comme la poutre, produisant et faisant mouvoir l'un et l'autre, et donnant l'être à l'un et à l'autre, savoir au sujet et à la passion, comme le mouvement est imprimé par le moteur dans le clou et dans la poutre. De cette manière les deux opinions sont sauvegardées, et tout doute est résolu. Ce que nous venons de dire peut donc établir deux points de la définition du propre. Savoir que le propre se trouve dans tout et toujours. En effet, si le propre a une connexion nécessaire et naturelle avec la forme spécifique, comme il a été dit, il doit se trouver nécessairement dans toutes les choses qui ont une

---

in patiendo autem non solum dicitur passive se habere illud quod recipit aliud, sed etiam illud quod illud disponit ad hoc recipiendum. Verbi gratia : Cera quæ recipit figuram, dicitur passive se habere ad figuram, et non solum ipsa cera passive se habet respectu figuræ, sed etiam mollities disponens ceram ad talem receptionem, passive se habet respectu figuræ ; licet enim mollities non sit in quo recipiatur figura, sicut in eo quod est ratio recipiendi, est tamen aliquo modo dispositio ratio suscipiendi, sic etiam suo modo principium originans aliquid quodam ordine et quadam necessaria connexionem, mediante aliquo alio, aliquid producit, etiam illud quod producit respectu illius quod producit, se habet active ; sicut clavus infixus trabi, si semper motus daretur trabi mediante

clavo, quamvis totus motus effective esset ab homine movente utrumque, scilicet trabem et clavum, tamen clavus ad motum se haberet active, respectu trabis, sic suo modo se habet de subjecto, respectu suæ propriæ passionis. Nam subjectum est sicut clavus, passio sicut trabs, generans sicut movens utrumque, et dans esse utrique, scilicet subjecto et passioni, sicut motus in clavo et trabe causatur a movente, et sic salvatur utraque opinio et omne dubium removetur. Ex dictis ergo possunt patere duæ particulæ diffinitionis proprii, scilicet quod proprium inest omni et semper. Si enim proprium necessariam et naturalem connexionem habet ad formam specificam, ut dictum est, oportet quod inveniatur in omnibus in quibus est forma specifica, sed forma specifica invenitur in omnibus indi-

forme spécifique, mais la forme spécifique se trouve dans tous les individus de la même espèce; donc le propre convient à tout ce qui est contenu dans l'espèce, et il se convient toujours, tant qu'il participe à la forme spécifique; ainsi se trouvent établis deux points de la définition du propre, etc.

## CHAPITRE VII.

*Le propre est inhérent à la seule espèce, et se dit d'elle réciproquement.*

Pour concevoir un autre point de la définition du propre, savoir comment il convient à une seule espèce, il faut savoir, ainsi que nous l'avons dit, qu'il y a différents degrés de perfection dans les êtres qu'Aristote compare aux nombres, dans le livre VIII de la Métaph. C'est ce qui lui fait dire que les espèces des choses sont comme les nombres, et en conséquence comme les nombres par rapport à l'unité ont divers degrés formels, comme le degré du quaternaire est différent de celui du quinaire et ainsi des autres : de même les degrés formels des espèces des choses sont différents par rapport à tout premier principe incomposé, et on ne peut pas trouver deux espèces dans le même degré pas plus que deux nombres d'espèce différente. Donc dans toute espèce il y a une forme spécifique n'existant en aucune manière dans le degré d'être ou d'opération de la forme spécifique d'une autre espèce. Or, ainsi que nous l'avons dit, le propre, suivant les principes propres de l'espèce, ne peut être que dans une espèce, c'est pour cela qu'on dit dans la définition qu'il est inhérent à une seule chose. Mais il faut savoir que le propre pris dans le sens le plus étroit, bien qu'il ne convienne qu'à une espèce très-spéciale, néanmoins rien n'empêche, dans un sens plus large, que le propre convienne aussi à une espèce subalterne, qui peut être un genre, par exemple. Nous disons, en effet, que le propre du triangle

viduis ejusdem speciei ; ergo proprium competit omni contento sub specie, et semper sibi convenit, quamdiu formam illam specificam participabit, et sic patent duæ particulæ diffinitionis proprii, etc.

### CAPUT VII.

*Quod proprium inest soli speciei, et conversim de ipsa prædicatur.*

Ad videndum autem aliam particulam diffinitionis proprii, scilicet quomodo convenit uni soli speciei, sciendum quod, ut supra dictum est, diversi sunt gradus perfectionis in entibus, quos Philosophus, VIII. *Metaph.*, comparat numeris. Unde dicit, quod species rerum sunt sicut numeri, et ideo sicut numeri, respectu unitatis, diversos habent gradus formales, sicut alius est gradus quaternarii, quam quinari, et

sic de aliis; ita diversi sunt gradus formales specierum rerum per respectum ad quodcumque primum principium inpositum; nec est invenire duas species in eodem gradu, sicut nec duos numeros speciei differentes, in qualibet ergo specie est una forma specifica, nullo modo existens in gradu essendi vel operandi formæ specificæ alterius speciei. Cum autem, ut dictum est, proprium scaturat propria principia speciei, nec potest esse nisi in una specie, propter hoc in diffinitione dicitur quod inest uni. Sciendum est autem, quod licet proprium stricto modo sumptum, solum conveniat uni speciei specialissimæ, tamen largo modo nihil prohibet proprium etiam convenire speciei subalternæ, quæ videlicet potest esse genus. Dicimus enim quod proprium trianguli est habere tres

est d'avoir trois angles égaux à deux droits, et cependant le triangle renferme en soi plusieurs espèces. On comprend par là ce que dit Porphyre, que le propre convient d'abord à l'espèce et ensuite aux individus, ce qui est le contraire dans l'accident commun. Car si le propre regarde les individus, en tant qu'ils participent à la forme spécifique, il se vérifie donc relativement à l'espèce qu'il regarde d'abord antérieurement aux individus, et par conséquent il convient aux individus parce qu'il convient à l'espèce; l'accident, au contraire, ne regardant le sujet qu'à raison de l'inhérence, doit, selon les convenances, se manifester dans les individus avant de le faire dans les secondes substances, comme on le dira plus bas; donc l'accident convient à l'espèce à raison de l'individu. Ensuite, dans la définition du propre on met cette particularité, savoir, qu'il se dit de la chose par mode de conversion. Remarquez bien, comme nous le dirons plus bas, qu'il y a une certaine différence entre la *prédication* par soi et la *prédication* de prime abord. La prédication par soi s'effectue à l'égard des choses qui ont une connexion nécessaire avec les sujets dont elles sont affirmées, tandis que la *prédication* première se fait à l'égard des choses qui sont l'objet de la *prédication* dont nous avons parlé, et où le prédicat a la même étendue que le sujet. C'est pourquoi, quoique risible se dise par soi de Sortès, ce n'est pas néanmoins de prime abord, parce que le propre, comme il a été dit, regarde l'espèce avant l'individu; et le propre ayant la même étendue que les espèces est dit s'affirmant d'abord ou par mode de conversion de l'espèce. Il est à remarquer que, quoique le propre convienne à une espèce, rien n'empêche néanmoins que le propre d'une espèce par participation convienne à plusieurs autres espèces, comme il est propre au feu d'être chaud, et néanmoins cette qualité convient à beaucoup d'autres espèces, en

---

angulos æquales duobus rectis, et tamen triangulus multas continet sub se species. Ex dictis patet illud quod dicit Porphyrius, quod proprium prius convenit speciei et posterius individuis, quod oppositum autem est de accidente communi. Si enim proprium respicit individua, in quantum participant formam specificam, per prius ergo verificatur de specie, quam primo respicit, quam de individuis, et per consequens individuis convenit, quia convenit speciei; accidens autem cum non respiciat subjectum, nisi ratione inhærentiæ, et per prius convenit substare individuis, quam secundis substantiis, ut infra dicetur, accidens ergo convenit speciei ratione individui. Deinde in diffinitione proprii ponitur ista particula, quod scilicet conversim prædicatur de re. Ubi nota, quod ut

infra dicetur, differt aliquo modo prædicari per se et prædicari primo. Ea enim per se prædicantur, quæ necessariam habent connexionem ad subjecta de quibus prædicantur, sed ea prædicantur primo, quæ prædicantur dicto modo, et tantum ambit prædicatum quantum subjectum. Unde licet risibile per se prædicetur de Sorte, non tamen primo, quia proprium, ut dictum est, per prius respicit speciem quam individua; et cum tanti ambitus sit proprium quanti sunt species, ideo dicitur prædicari primo, seu conversim de specie. Notandum quod licet proprium uni speciei conveniat, tamen nihil prohibet proprium unius speciei participatione, multis aliis speciebus convenire, sicut proprium est igni, quod sit calidus, et tamen multis aliis speciebus hoc convenit, in quantum

tant qu'elles tirent du feu la participation à cette qualité. Il faut aussi savoir, que le propre d'une espèce quelconque se prend quelquefois sous un seul nom et dans un seul objet signifié, comme risible est le propre de l'homme; quelquefois, au contraire, sous deux opposés avec disjonction, comme c'est le propre du nombre d'être pair ou impair, il en est évidemment de même du propre, etc.

## CHAPITRE VIII.

### *De l'origine de l'accident et exposition de sa cause.*

C'est un accident qu'il arrive d'être et de ne pas être dans la même chose sans la corruption du sujet. Pour l'intelligence de cela il faut savoir qu'une chose peut dépendre de l'autre de deux manières; la première c'est d'en dépendre comme d'une chose qui lui est antérieure au moins en nature, et dans ce sens une chose dépend de l'autre de quatre manières encore, et sous ce rapport il y a quatre causes. Dans l'homme le corps dépend de l'ame comme de la forme, et l'ame du corps comme de la matière, et l'homme de Dieu comme de la cause efficiente, et de la béatitude comme de la cause finale. Secondement, une chose peut dépendre d'une autre comme de ce qui se rapporte à elle consécutivement, comme le corps dépend de la figure, et la ligne de la rectitude ou de la courbure. Car on ne peut pas trouver de corps où il n'y ait pas de figure, ni une ligne où il n'y ait pas de rectitude ou de courbure, et dans ce sens tout sujet dépend de sa propre passion. C'est pourquoi quelque dépendance qu'il y ait dans les choses, soit causale, soit consécutive, et une chose dépend d'une autre de telle manière que son être ne peut se conserver ni en acte, ni en aptitude sans une telle chose, il est certain que cette chose sans cette autre dont elle dépend ainsi ne peut être conçue existante;

hoc participant ab igne. Sciendum est etiam quod proprium alicujus speciei aliquando sumitur sub uno nomine et in uno significato, ut risibile est proprium hominis. Aliquando vero sub duobus oppositis cum disjunctione, ut proprium est numeri, quod sit par vel impar, et sic patet de proprio, etc.

### CAPUT VIII.

#### *De origine accidentis, et dictione ipsius.*

Accidentis vero est, quod contingit eidem inesse et non inesse præter subjecti corruptionem. Ad quod intelligendum, sciendum est, quod unum potest dependere ab alio dupliciter. Uno modo, sicut ab eo quod est prius eo ad minus natura et isto modo una res dependet ab alia quatuor modis, secundum quod quatuor

sunt causæ. Dependet enim in homine corpus ab anima sicut a forma, et anima a corpore sicut a materia, et homo a Deo sicut a causa efficiente, et a beatitudine sicut a causa finali. Alio modo potest esse dependentia alicujus rei ab alia sicut ab eo, quod se habet ad ipsam consecutive. Sicut corpus dependet a figura, et linea a rectitudine vel curvitate. Non enim potest inveniri corpus, in quo non sit figura vel linea in qua non sit rectitudo vel curvitas, et isto modo dependet omne subjectum a propria passione. Unde quæcumque dependentia sit in rebus, sive causalis, sive consecutiva, et una res ita dependet ab altera, quod esse suum nec actu nec aptitudine sine tali re possit conservari, certum est quod illa sine illa a qua sic dependet, non potest intelligi esse; non enim posset

car on ne pourroit pas concevoir que la matière existât sans la forme. Il faut remarquer à ce sujet qu'il peut arriver de deux manières que l'on conçoit une chose sans une autre ; premièrement, dans la première opération de l'intellect dans laquelle l'intellect conçoit l'objet signifié du terme ; secondement, dans la seconde opération de l'intellect dans laquelle il conçoit en composant ou en divisant par l'être et par le non-être, comme lorsque je conçois que pierre est ou n'est pas blanc. Or, dans la première intellection je puis concevoir un corps sans figure, et tout sujet sans sa passion propre, car la figure n'est pas de l'essence du corps, puisque le corps est dans le genre de la quantité, et la figure dans le genre de la qualité ; c'est pourquoi l'intellect peut concevoir un corps sans concevoir la figure. Il ne pourroit pas néanmoins concevoir un corps de cette manière sans concevoir le continu, parce que le continu est de l'essence du corps. Mais dans la seconde opération de l'intellect je ne puis pas concevoir qu'un corps soit sans figure, parce qu'un corps ne peut jamais être sans figure, ni un sujet sans sa passion propre, comme il a été dit. Or, le sujet n'a pas une pareille dépendance de l'accident commun ; car il ne suit pas nécessairement le sujet comme la figure suit les principes essentiels du corps, car s'il est corps il a nécessairement une position des parties dans le tout, comme on le dira plus loin, parce que la position est la différence de la quantité. Or, celle-ci entraîne nécessairement la figure, ce qui n'arrive pas à l'égard de l'accident commun, par rapport à son objet. Donc le sujet peut être conçu sans concevoir l'accident commun, et il peut être conçu existant sans concevoir l'accident commun. Mais il ne peut pas être conçu existant sans l'accident propre, puisqu'il ne peut exister sans l'accident propre, car si on enlève la figure il n'y a plus de situation de parties, et par conséquent plus de corps ; donc il ne

intelligi materia esse sine forma. Ubi nota, quod intelligere aliquam rem sine alia potest dupliciter contingere. Uno modo in prima operatione intellectus, in qua scilicet intellectus intelligit solum significatum termini. Alio modo in secunda operatione intellectus, in qua intelligit componendo vel dividendo per esse vel non per esse, sicut cum intelligo Petrum esse vel non esse album. In prima autem intellectione possum intelligere corpus sine figura, et omne subjectum sine propria passione ; non enim figura est de essentia corporis, cum corpus sit in genere quantitatis, figura vero in genere qualitatis ; et ideo intellectus potest intelligere corpus, non intellecta figura. Non tamen posset intelligere corpus isto modo non intellecto continuo, quia continuum est de essentia corporis ; in secunda vero operatione intellectus, non pos-

sum intelligere corpus esse sine figura, quia corpus nunquam potest esse sine figura, nec subjectum sine propria passione, ut dictum est. Cum autem subjectum non habeat talem dependentiam ab accidente communi ; non enim necessario sequitur subjectum, sicut figura sequitur principia essentialia corporis, nam si corpus est, necessario habet positionem partium in toto, ut infra dicetur. quia positio est differentia quantitatis ; ad hanc autem necessario sequitur figura, quod non contingit de accidente communi, respectu sui objecti. Ergo subjectum potest intelligi non intellecto accidente communi, et potest intelligi esse non intellecto accidente communi. Sine accidente vero proprio, non potest intelligi esse, cum sine accidente proprio esse non possit ; nam ablata figura, non erit situatio partium, et per conse-

pourra donc pas être conçu sans lui existant. Donc l'accident peut s'y trouver et ne pas s'y trouver en dehors de la corruption du sujet, parce que l'être du sujet ne dépend pas en quelque manière de son être, ainsi qu'il a été dit. Ainsi se trouve expliquée la susdite description du sujet. Il faut néanmoins savoir qu'il peut se trouver quelque accident commun qui est dans un tel rapport avec ce sujet singulier qu'il provient de ses principes essentiels, comme, par exemple, la noirceur du corbeau, qui est nécessairement produite par cette matière caractérisée du corbeau. En parlant donc d'un semblable accident, je dis que l'on ne pourroit pas concevoir que ce sujet existât sans lui, et c'est ce qu'on appelle un accident inséparable qui est au principe singulier comme l'accident propre au principe de l'espèce. Et comme la matière caractérisée est en dehors de l'intellect de l'espèce, car cela est de l'intellect de l'homme qu'il a l'humanité, et pas davantage. Mais qu'une pareille chose soit telle ou telle chose caractérisée, cela n'est pas de l'intellect explicite de l'homme, comme les différences sont en dehors de l'intellect du genre, ainsi qu'il a été dit plus haut, c'est pour cela qu'on peut concevoir que le corbeau ou l'espèce du corbeau soit sans noirceur, et même avec la blancheur; c'est pourquoi l'accident inséparable est classé avec l'accident commun et non avec le propre, quoique dans un sens il convienne à l'un et à l'autre, comme nous l'avons dit. Ainsi donc il y a des accidents inséparables et des accidents séparables. A l'accident inséparable convient la susdite définition de l'accident, savoir que le sujet peut être conçu existant sans lui, s'il est pris pour l'espèce, et non pour le singulier. Or, il faut savoir que quoique le sujet puisse être séparé d'un autre accident, comme il a été dit, l'accident néanmoins ne peut pas être séparé du sujet en acte ou en aptitude, je dis en aptitude, car

quens non erit corpus. Ergo non poterit intelligi esse sine eo. Potest ergo accidens inesse et non inesse præter subjecti corruptionem, cum esse subjecti non dependeat aliquo modo ab esse suo, ut dictum est; et sic patet prædicta descriptio accidentis. Sciendum tamen est, quod aliquod accidens commune potest inveniri, quod respectu hujus subjecti singularis ita se habet, quod causatur ex principiis essentialibus ejus, puta nigredo corvi, quæ causatur ab hac, sive ex hac materia signata corvi necessario. Loquendo igitur de tali accidente, dico, quod non posset intelligi hoc subjectum esse sine eo, et hoc dicitur accidens inseparabile, quod ita se habet ad principium singulare, sicut accidens proprium ad principium speciei. Et quia materia signata est extra intellectum speciei (de intellectu enim hominis est habens hu-

manitatem, et non plus. Utrum autem tale habens sit hoc signatum vel illud, non est de intellectu explicite hominis, sicut differentia sunt extra intellectum generis, ut supra dictum est, ideo potest intelligi corvus sive species corvi esse sine nigredine vel etiam cum albedine, et propter hoc accidens inseparabile collocatur cum accidente communi et non cum proprio, licet aliquo modo conveniat cum utroque, ut dictum est. Sic ergo accidens quoddam est inseparabile et quoddam est separabile. Accidenti inseparabili convenit prædicta definitio accidentis, scilicet quod subjectum potest intelligi esse sine eo, si sumatur subjectum pro specie et non pro singulari. Sciendum est autem, quod licet subjectum possit separari ab alio accidente, ut dictum est, non tamen accidens potest separari a subjecto actu vel aptitudine, et

quoique Dieu puisse séparer un accident du sujet, comme on l'enseigne communément des accidents de l'hostie consacrée, il est néanmoins impossible que ces accidents n'aient pas une aptitude au sujet. Car ce qui appartient à la raison propre d'une chose ne peut pas en être séparé, mais être en acte ou en aptitude dans le sujet, est de la raison propre de l'accident, car l'être de l'accident est l'*inêtre*, donc il ne peut pas en être séparé. Tout cela peut recevoir un nouveau jour de ce qui a été dit relativement à l'espèce. En effet, les accidents et toutes les formes substantielles n'étant pas un acte pur, lequel de soi n'est pas plurifiable, s'ils sont plurifiés numériquement, c'est à raison de la potentialité qu'ils possèdent essentiellement de manière à être une partie réelle d'un composé substantiel ou accidentel. D'où il résulte que, comme la matière et la forme sont des parties substantielles de la chose, de même les accidents sont des parties accidentelles de la chose, comme la blancheur qui est une partie de ce composé qui est un homme blanc. Or, tous les accidents étant tels, il faut nécessairement qu'ils adhèrent au sujet en acte ou en aptitude. Voilà ce qui concerne l'accident et les cinq prédicables, etc.

*Fin du premier traité des cinq universaux relativement à la chose et à l'intention logique.*

dico aptitudine. Nam licet Deus possit aliquod accidens separare a subjecto, ut communiter tenetur de accidentibus hostiæ consecratæ, tamen quod illa accidentia non habeant aptitudinem ad subjectum, hoc est impossibile. Quod enim est de ratione propria alicujus, ab eo separari non potest, sed inesse actu vel aptitudine subjecto est de ratione propria accidentis, quia accidentis esse est inesse. Ergo ab eo separari non potest. Hoc autem potest patere ex his quæ supra dicta sunt de specie. Cum enim accidentia et omnes formæ substantiales non sint actus purus, qui de se plurificabilis non est, si ipsa plurificentur numero,

hoc est propter potentialitatem quam habent essentialiter, ut scilicet sint pars realis alicujus compositi sive substantialis sive accidentalis. Unde sicut materia et forma sunt partes rei substantiales, ita accidentia sunt partes rei accidentales, sicut albedo, quæ est pars hujus compositi, quod est homo albus; cum autem omnia accidentia sint talia. Ergo necessario oportet quod insint subjecto actu vel aptitudine; et sic patet de accidente et de quinque prædicabilibus, etc.

*Explicit Tractatus primus de quinque universalibus secundum rem et secundum intentionem logicam.*



## TRAITÉ II.

DU MÊME DOCTEUR, DES PRÉDICAMENTS.

### CHAPITRE PREMIER.

#### *Des divers modes de prédication.*

Nous allons nous occuper maintenant des prédicaments ; comme le prédicament s'entend de quelques prédicables disposés dans un ordre prédicamental, il faut examiner de combien de manières s'opère la prédication. Notez qu'une chose se dit d'une autre de trois façons, univoquement, équivoquement et dénommativement. On dit que la prédication se fait d'une manière univoque pour les choses qui conviennent à celles dont elles se disent non-seulement quant au nom, mais encore quant à la raison des essences ; et j'appelle ici raison ce qui est dit par la définition ou est signifié par elle, ou par quelque chose pris à la place de la définition, comme animal se dit de l'homme et du bœuf. D'où il résulte que non-seulement ce mot animal convient à l'homme et au bœuf, mais encore sa définition essentielle, qui est corps animé sensible. En effet, non-seulement il est vrai de dire que l'homme est animal, mais encore que l'homme est un corps animé, sensible, et il en est de même du bœuf. On dit, au contraire, que la prédication se fait d'une manière équivoque pour les choses qui se disent de plusieurs, quant au même mot, mais non cependant sous la même raison, et de cette manière le chien se dit de celui qui aboie et de celui qui est marin. Quoique, en effet, le chien se dise de l'un et de l'autre sous le rapport du même mot, c'est néanmoins pour une raison qu'il convient au chien aboyant et au marin. Car la raison du

## TRACTATUS II.

EJUSDEM DOCTORIS, DE PRÆDICAMENTIS.

### CAPUT PRIMUM.

#### *De diversis modis prædicandi.*

Nunc dicendum est de prædicamentis : quia prædicamentum dicit quædam prædicabilia ordinata in ordine prædicamentali, videndum est quot modis fit prædicatio. Ubi nota quod aliquod de aliquo dicitur prædicari tripliciter, id est univoce, æquivoce et denominative. Univoce dicuntur prædicari, quæ non solum conveniunt his de quibus prædicantur quantum ad nomen, sed etiam quantum ad rationem essentialium ; et dico hic rationem illud quod per diffinitionem dicitur, seu significatur, vel per aliquod quod sumatur loco diffinitionis,

sicut animal prædicatur de homine et de bove. Unde non solum hoc nomen animal convenit homini et bovi, sed etiam diffinitio ejus essentialis, quæ est corpus animatum sensibile. Non solum enim vere dicimus quod homo est animal, sed etiam quod homo est corpus animatum sensibile, et similiter est de bove. Æquivoce vero dicuntur prædicari, quæ de pluribus prædicantur secundum idem nomen, non tamen secundum eandem rationem, et isto modo prædicatur canis de latrabili et de marino. Licet enim secundum idem nomen canis de utroque prædicetur, tamen alia ratione convenit cani latrabili, quam marino. Ratio enim latrabilis est, quod est

chien aboyant, qui est d'être un animal à quatre pieds marchant, ne convient pas au marin. Or, il est bon de savoir que les analogues sont compris sous la désignation des équivoques. Effectivement les analogues se disent de plusieurs, en tant qu'ils se rapportent à un, comme sain se dit de l'animal principalement et proprement. Car le sain est adéquate dans les humeurs, ce qui ne peut être que dans l'animal. Sain se dit néanmoins de l'urine et de la médecine. Nous disons effectivement, cette urine est saine, parce qu'elle est le signe de la santé qui est dans l'animal; on dit aussi, cette médecine est saine, parce qu'elle est la cause de la santé qui est dans l'animal. D'où il suit que, bien que ce mot sain se dise de l'animal et de l'urine, néanmoins la raison de sain ne peut se dire de l'urine. Car l'urine n'est pas adéquate dans les humeurs, mais elle est un signe de cette adéquation, et de cette manière la prédication analogue s'accorde avec l'équivoque, comme on l'a dit, en quelque façon, et de même avec l'univoque. En effet, quoique sain, qui se dit de l'urine, n'exprime pas sa raison suivant l'adéquation des humeurs dans l'urine, il n'en exprime pas cependant une autre, mais il exprime la même adéquation des humeurs dont l'urine est le signe. On dit enfin que la prédication s'opère dénominalement pour les choses qui sont concrètes adjectivement, et reçoivent leur dénomination de certains accidents abstraits ou en dérivent, comme blanc se dit dénominalement de l'homme et du cheval; parce que blanc dérive de cette chose abstraite, qui est la blancheur, laquelle est dans l'homme, et qui, prise ainsi abstractivement, ne pourroit pas se dire de l'homme. Car, ainsi que nous l'avons dit, nulle partie ne peut se dire du tout. Et la blancheur est une certaine partie accidentelle de l'homme blanc qui, pour cette raison, ne pourroit se dire de lui. Or elle devient con-

animal gressibile quadrupes, quæ non convenit marino. Sciendum est autem quod sub æquivocis comprehenduntur analogæ. Prædicantur enim analogæ de pluribus, in quantum dicuntur ad unum, ut sanum dicitur de animali primo et proprie. Est enim sanum adæquatum in humoribus, quod non potest esse nisi in animali. Dicitur tamen sanum de urina et medicina. Nam dicimus, hæc urina est sana, quia est signum sani quod est in animali; et hæc medicina est sana, quia est causa sani quod est in animali. Unde licet hoc nomen sanum de animali et de urina dicatur, tamen ratio sani non potest dici de urina. Non enim urina est adæquata in humoribus, sed est signum talis adæquationis, et sic prædicatio analogæ aliquo modo convenit cum æquivoca, ut dictum est, et aliquo modo cum univoca. Licet enim sanum, quod de urina dicitur, non dicat suam rationem, scilicet adæquationem humorum in urina, non tamen dicit aliam rationem, sed eandem adæquationem humorum dicit, cujus urina est signum. Denominative vero dicuntur prædicari, quæ concreta sunt adjective, et ab aliquibus accidentibus abstractis denominantur, seu derivantur, ut album de homine prædicatur, et de equo denominative: quia album derivatur ab hoc abstracto, quæ est albedo quæ est in homine, quæ sic in abstracto sumpta de homine prædicari non posset. Nulla enim pars, ut supra dictum est, potest de toto prædicari. Albedo enim est quædam pars accidentalis hominis albi, et sic de eo prædicari non posset. Concernitur autem, et dicitur album, quod idem est quod habens albe-

crète, et elle est appelée blanc, ce qui est la même chose qu'ayant la blancheur, et ainsi elle peut se dire de l'homme. Pour concevoir les prédicaments, il faut savoir que le prédicament, ou le genre le plus général, peut se prendre de deux manières. La première pour l'intention prédicamentelle elle-même ou d'universalité; la seconde, pour la chose elle-même sur laquelle une telle intention se fonde, comme il a été dit. Dans le premier cas, le prédicament est un être de raison; dans le second, c'est un être réel. Or, pour mieux comprendre cela, il est bon de savoir que l'être, dans la plus grande universalité, se divise en métaphysique, en être par accident, et en être par soi. L'être par accident se divise d'autant de manières qu'une chose se dit d'une autre par accident, comme nous avons dit plus haut. L'être par soi se divise aussi, parce qu'il y a quelque chose dans l'ame et hors de l'ame. Pour savoir ce que c'est que l'être dans l'ame, il faut remarquer qu'une chose peut être dans l'ame de trois manières; la première effectivement, comme nous disons que l'édifice est dans l'esprit de l'architecte avant qu'il soit fait; la seconde subjectivement, comme nous disons que la science est dans l'ame, ou l'acte de l'intellection, ou le verbe qui sont dans l'ame, comme l'accident dans le sujet. Troisièmement, on dit qu'une chose est objectivement dans l'ame, comme le bois, objet de l'intellect, est dit être dans l'ame objectivement. Dans les deux premiers cas, l'être dans l'ame est un être réel, et je dis réel non en tant que le mot *res* vient de *reor*, *reris*, mais bien de *ratus*, *rata*, *ratum*, c'est-à-dire positif. Dans l'être pris de la troisième manière, c'est-à-dire comme étant objectivement dans l'ame, nous pouvons considérer deux choses, savoir, ce qui est objectivement dans l'intellect, comme le bois, et cela est encore une chose, ou ce qui convient seulement au bois, comme étant objectivement dans l'intellect, et ne

dinem, et tale potest de homine prædicari. Ad videndum prædicamenta, sciendum est quod prædicamentum, seu genus generalissimum dupliciter potest accipi. Uno modo. pro ipsa intentione prædicamentali, seu universalitatis. Alio modo, pro ipsa re, in qua talis intentio fundatur, ut dictum est. Primo modo, prædicamentum est ens rationis; secundo modo, est ens reale. Ad majorem autem notificationem horum sciendum est, quod ens in sua maxima universalitate dividitur, V. *Metaphys.*, in ens per accidens, et in ens per se. Ens autem per accidens tot modis dividitur, quot modis aliquid prædicatur per accidens, de quibus supra dictum est. Ens per se dividitur, quia quoddam est in anima, et quoddam extra animam. Ad sciendum autem

quid sit ens in anima, nota quod tripliciter aliquid potest esse in anima. Uno modo effective, sicut dicimus quod arca est in mente artificis antequam fiat. Alio modo subjective, sicut dicimus quod scientia est in anima, vel actus intelligendi, vel verbum, quæ sunt in anima sicut accidens in subjecto. Tertio modo aliquid dicitur esse in anima objective, sicut lignum intellectus dicitur esse in anima objective. Duobus primis modis ens in anima est ens reale; et dico reale, non ut hoc nomen *res* dicitur a *reor* *reris*, sed ut dicitur a *ratus* *rata* *ratum*, id est firmum. Tertio modo sumpto ente, scilicet ut est objective in anima, in eo possumus duo considerare, scilicet id quod est objective in intellectu, puta lignum, et istud adhuc est *res*; vel illud

lui convient pas suivant l'être réel, savoir l'être abstrait de tel ou tel bois, et, dans ce cas, l'être dans l'âme n'est pas une chose, mais une intention à laquelle, en dehors de l'âme, rien ne correspond, si ce n'est pour le fondement éloigné, et c'est ainsi que l'être est attribué au non-être. Car nous disons que la cécité est dans l'œil. Or la cécité étant un non-être, comment a-t-elle l'être qui nous fait dire, c'est la cécité? Il est certain que ce n'est que l'être d'intention qui n'a rien à faire avec l'être réel, mais est en opposition manifeste avec lui. Et si on demande où se trouve subjectivement un tel être, on répond qu'il n'est nulle part. Si, en effet, il étoit en quelque chose subjectivement, ce seroit un accident, et par conséquent un être réel, mais il n'a l'être qu'objectivement. L'être réel se divise en dix prédicaments, qui sont les dix genres des choses. Et comme une chose est le fondement éloigné de l'intention, les prédicaments peuvent néanmoins être pris de deux manières, suivant cette double division. Mais pour bien connoître les prédicaments, il faut diviser l'être réel. Il faut observer ici que, quoique l'être ne puisse pas être genre, parce qu'il ne se trouve pas de différence contractive, il est néanmoins contracté par les modes d'être. Or, le mode d'être d'une chose peut se prendre de deux manières. Premièrement, en tant qu'il est la propriété réelle de quelque chose différente de lui, comme nous disons de quelqu'un, cet homme a un bon caractère, parce qu'il est doux et conciliant. Or, il est constant que la douceur et la concorde, que nous appelons des modes, sont des choses différentes de celui auquel elles appartiennent. Secondement, le mode est dit la chose conçue, en tant qu'elle est conçue sous un rapport relativement à elle-même; et dans un autre sens que les divers modes à considérer ne se prennent pas dans les modifications diverses qui se trouvent dans une chose, mais de l'ha-

quod convenit ligno solum, ut est objective in intellectu, et non convenit sibi secundum esse reale, scilicet esse abstractum ab hoc ligno et ab illo, et hoc modo ens in anima non est res, sed intentio; cui ei nihil extra animam respondet nisi pro fundamento remoto, et sic attribuitur esse non enti. Dicimus enim quod cæcitas est in oculo. Cum autem cæcitas sit non ens, quomodo ergo habet esse, quia dicimus cæcitas est? certe solum esse intentionis, quod nihil habet facere cum ente reali, sed opposito ab eo dividitur. Et si quærat de tali ente ubi sit subjective, dicitur quod est nusquam. Si enim esset in aliquo subjective, esset accidens, et per consequens ens reale, sed solum habet esse objective. Ens autem reale dividitur in decem prædicamenta, quæ sunt decem genera rerum.

La quantité se divise en continue et en discrète. On appelle discrète la quantité dont les parties sont séparées et ne sont pas unies pour un but commun. En effet, les parties du nombre dix ne sont unies pour aucun but commun. Car dans le nombre dix il ne se trouve aucune particule en vue de laquelle les autres soient unies, puisqu'elles sont toutes séparées l'une de l'autre. On appelle, au contraire, continue la quantité dont les parties sont unies pour un but commun, parce qu'elles sont toutes unies entre elles, et ne sont pas actuellement séparées, mais sont susceptibles de l'être, comme on le dira plus bas. La quantité discrète se divise en nombre et langage, or le nombre est la réunion de plusieurs unités. Le nombre se définit encore d'une autre manière : le nombre est une collection mesurée par l'unité. Pour comprendre ces définitions il faut savoir que l'unité se prend pour l'être, et l'unité est le principe du nombre. Or l'unité prise dans la première acception n'est autre chose que l'être indivis. L'unité ajoute à l'être la négation ou la privation de division, et comme tout être est une unité dans ce sens, l'unité en conséquence prise dans ce sens, est non-seulement dans le genre de la quantité, mais aussi dans tous les genres comme l'être, c'est pourquoi l'unité se rapporte aux transcendants, comme la collection produite par l'u-

## TRACTATUS III.

## DE PRÆDICAMENTO QUANTITATIS.

## CAPUT PRIMUM.

*De numero, qui est quantitas discreta.*

Quantitas dividitur in continuam et discretam. Dicitur autem discreta quantitas, cujus partes inter se ita se habent, quod sunt separatæ, et ad unum communem terminum non copulantur. Partes enim hujus numeri, qui est decem ad nullum communem terminum copulantur. Non enim in numero, qui est decem, invenitur aliqua particula ad quam copulentur aliæ particule, cum omnes particule ejus sint separatæ una ab alia. Continua vero quantitas dicitur, cujus partes ad unum communem terminum copulantur, quia omnes sunt conjunctæ, et non sunt actu separatæ, sed

sunt separabiles, ut infra dicitur. Dividitur autem quantitas discreta in numerum et orationem, est autem numerus multitudo ex unitatibus aggregata. Aliter autem diffinitur numerus sic : Numerus est multitudo mensurata per unum. Ad videndum autem prædictas diffinitiones, sciendum est, quod unum convertitur cum ente, et unum est principium numeri. Unum autem primo modo sumptum nihil aliud est quam ens indivisum. Addit autem unum supra ens negationem seu privationem divisionis, et quia omnis ens est unum isto modo sumptum, ideo unum sic sumptum non solum est in genere quantitatis, sed in omnibus generibus sicut et ens, ideo unum est de transcendentibus, et multitudo cau-

nité dans ce sens n'est pas le nombre qui est une espèce de quantité, mais se rapporte aux transcendants. Nous disons, en effet, qu'il y a quatre anges ou trois personnes en Dieu, et cependant il n'y a de quantité ni dans les anges, ni en Dieu. L'unité, qui est le principe du nombre, ajoute à l'unité qui se prend pour l'être non par une chose quelconque, mais elle l'affecte en lui ajoutant deux rapports, parce qu'elle exprime non toute indivision, c'est-à-dire qu'elle n'exprime pas tout être en tant qu'indivis, mais bien l'être indivis de la quantité continue; elle exprime aussi le rapport de la mesure discrète. Comme le nombre qui est une espèce de la quantité, est produit par la diction du continu, supposons une ligne divisée en plusieurs parties, chaque partie de la ligne ainsi divisée étant indivise, la ligne ainsi considérée est une unité; c'est pourquoi la ligne n'est autre chose que le continu indivis. Donc l'unité qui est convertie avec l'être, signifie un être indivis quel qu'il soit. Or, l'unité qui est le principe du nombre, dit un être continu indivis, et le nombre se compose de semblables unités, lorsqu'il y a plusieurs continus séparés entre eux et indivis en eux-mêmes. Le second rapport qu'ajoute l'unité, principe du nombre, à l'unité qui admet la conversion avec l'être, est le rapport de mesure discrète, en quoi il faut remarquer que la *mesuration* discrète peut se prendre de deux manières. La première c'est la même chose que de s'assurer intellectuellement du nombre de certaines choses, connoissance qui s'acquiert en redoublant une unité un certain nombre de fois, et prise dans ce sens la mesure est une propriété accidentelle du nombre lui-même, et elle convient aussi à l'unité qui se convertit avec l'être. De la seconde manière mesurer se prend pour produire formellement tant de choses, comme la blancheur produit

sata per unum, isto modo sumptum non est numerus, qui est species quantitatis, sed est de transcendentibus. Dicimus enim esse quatuor angelos vel tres personas in divinis, et tamen nec in angelis nec in Deo est quantitas. Unum autem quod est principium numeri, addit super unum quod convertitur cum ente non rem aliquam, sed concernit illud addendo sibi duas rationes, scilicet quia dicit non omnem indivisionem, id est, non dicit omne ens in quantum est indivisum, sed dicit ens indivisum quantitatis continuæ, et dicit rationem mensuræ discretæ. Quia enim numerus, qui est species quantitatis, causatur ex dictione continui, supponatur quod videremus unam lineam in multas partes, cum quælibet pars lineæ, quæ sic dividitur sit indivisa, et linea sic considerata est unum: unde unum nihil aliud est quam continuum indivisum. Unum ergo quod

convertitur cum ente, dicit ens indivisum, quodcumque sit illud. Unum autem quod est principium numeri, dicit ens continuum indivisum, et numerus ex talibus unitatibus aggregatur, ubi sunt multa continua divisa ab invicem et in se indivisa. Secunda ratio quam addit unum, quod est principium numeri, supra unum quod convertitur cum ente, est ratio mensuræ discretæ, ubi nota quod mensurari discreto potest sumi dupliciter. Uno modo, ut idem sit quod certificari apud intellectum, quot sunt aliquæ res in quantum aliquis per unum aliquotiens replicatum certificatur de numero illorum quæ numerat, et isto modo sumpta, mensura est proprietatis accidentalis ipsius numeri et convenit etiam uni quod convertitur cum ente. Alio modo, sumitur mensurare pro eo quod est facere tot res formaliter, sicut albedo formaliter facit album, et talis mensura est de ratione

formellement le blanc, et cette mesure appartient au rapport de l'unité ou du nombre. Nous savons donc ce que c'est que l'unité dont l'assemblage forme le nombre, et ce qu'est la mesure essentiellement et accidentellement. Pour comprendre ce qu'est la multitude il faut savoir, ainsi que nous l'avons dit plus haut, que ce que notre intellect conçoit d'abord c'est l'être, et secondairement la négation de l'être, lorsqu'on comprend qu'une chose n'est pas tel être. On conçoit tout de suite d'après cela une division, d'où il résulte que la division est la distinction par l'être et le non-être. En troisième lieu, on conçoit une unité qui ne comporte pas la division. Il y a, en effet, un être en qui ne se rencontre pas la division susdite, et ainsi l'idée de l'unité est postérieure à celle de la division, comme l'idée de la privation est postérieure à celle de l'habitude qui subit la privation. Quatrièmement, on conçoit la multitude, qui dit deux négations, dont l'une consiste en ce que telle chose n'est pas telle autre, et l'autre en ce que chacune de ces choses n'est pas divisée; c'est pourquoi la multitude se définit par l'unité, parce qu'il n'y a jamais multitude, sans que chacune des choses qui composent cette multitude ne soit une unité ou un être indivis. Et il faut prendre dans la quantité comme nous avons pris dans les transcendants, l'être, la division, l'unité et la multitude, de sorte que nous prenions le continu de la même manière que nous prenions l'être, quoiqu'il y ait entre eux quelque différence, comme nous l'avons dit. Il faut savoir que cette multitude, qui est dans la quantité, est l'assemblage de plusieurs continus, dont l'un n'est pas l'autre et dont chacun est indivis en soi ou un, ce qui est la même chose, et ainsi s'explique la première définition du nombre, le nombre est un assemblage de plusieurs unités, aussi bien que la seconde, le nombre est une multitude mesurée par l'unité, parce

unius vel numeri. Habebus ergo quid est unum, ex cuius aggregatione fit numerus, et qualiter sit mensura essentialiter et accidentaliter. Ad videndum autem quid sit multitudo, sciendum quod, ut supra dictum est, primum quod intellectus noster intelligit, est ens, secundo vero intelligit negationem entis, prout intelligitur aliud non esse hoc ens. Ex his duobus statim intelligit divisionem, unde divisio est distinctio per ens et non ens. Tertio intelligit unum, quod privat divisionem. Est enim unum ens in quo non est prædicta divisio, et sic intellectus unius posterior est intellectu divisionis, sicut intellectus privationis posterior est intellectu habitus quem privat. Quarto intelligit multitudinem, quæ dicit duas negationes, quarum una est, quod hoc non sit illud; et altera est,

quod quodlibet eorum non sit divisum et per consequens sit unum, et propterea multitudo diffinitur per unum; quia nunquam dicuntur multa, nisi quodlibet eorum sit unum seu ens indivisum. Et sicut modo sumpsimus ens, et divisionem, et unum, et multitudinem in transcendentibus, sic sumatur in quantitate, ita quod sicut sumebatur ens, ita hic sumatur continuum, licet aliqua differentia sit inter ea, ut supra dictum est. Sciendum, quod hæc multitudo quæ est in quantitate, est multa continua, quorum unum non est aliud, et quodlibet eorum est indivisum in se, sive unum, quod idem est, et sic patet prima diffinitio numeri, scilicet: Numerus est multitudo ex unitatibus aggregata. Patet etiam secunda diffinitio, scilicet: Numerus est multitudo mensurata per unum. Nam

que l'unité plusieurs fois redoublée, produit la multitude, et nous constatons par là la grandeur discrète de la multitude, c'est ainsi que l'unité est la mesure de la multitude, c'est évident pour le nombre, etc.

## CHAPITRE II.

*De la seconde espèce de la quantité discrète, c'est-à-dire du langage.*

Le discours est un mot formé de syllabes distinctes qui le mesurent et qui n'a point de permanence dans ses parties. Pour comprendre cette définition, il faut savoir que *mot* n'est pas pris ici pour la qualité, car le mot est dans la troisième espèce de la qualité, comme on le verra par la suite, mais pour quelque chose qui a été dans le mot, parce que dans tel mot il y a plusieurs dictiones et syllabes, qui, quoique indivisibles, sont néanmoins successives, car l'une succède à l'autre; c'est pourquoi il y a deux choses à considérer dans ces syllabes, savoir leur indivisibilité et leur succession. Cette indivisibilité n'est pas une indivisibilité d'unité, autrement le discours seroit un nombre, mais une indivisibilité qui mesure la durée, suivant que plusieurs syllabes indivisibles durent plus qu'une; c'est pourquoi si dans le discours nous considérons l'indivisibilité des syllabes nous trouvons que par là il y a convenance avec le nombre. D'un autre côté, si nous considérons la mesure de la durée, qui cependant n'est pas permanente, mais successive, nous voyons qu'en cela elle s'accorde avec le temps qui est une mesure successive, aussi bien que des choses successives, comme il sera démontré plus loin. Néanmoins le discours n'est pas un nombre simplement, mais un nombre appartenant à la mesure de la durée; ce n'est pas non plus un temps continu, lequel n'est autre chose qu'une succession continue, toujours divisible, mais

quia unum multotiens replicatum causat multitudinem, per hoc certificamur de multitudine quantasit discrete, et sic unum est mensura multitudinis, et patet de numero, etc.

### CAPUT II.

*De secunda specie quantitalis discretæ, scilicet de oratione.*

Oratio est vox aggregata ex distinctis syllabis eam mesurantibus et in partibus suis non habens permanentiam. Ad intelligendum autem prædictam diffinitionem, sciendum, quod vox non ponitur hic pro qualitate. Est enim vox in tertia specie qualitatis, ut infra patebit, sed pro aliquo, quod fuit in voce; quia in tali voce sunt multæ dictiones et syllabæ, quæ licet indivisibiles sint, tamen successivæ. Nam una succedit alteri: unde in talibus syl-

labis est duo considerare, scilicet indivisibilitatem earum et successionem. Talis autem indivisibilitas non est indivisibilitas unitatis, alioquin oratio esset numerus; sed est indivisibilitas mensurans durationem, secundum quod tales plures syllabæ indivisibiles plus durant quam una; unde si in oratione consideramus indivisibilitatem syllabarum, per hoc convenit cum numero. Si vero ubi consideratur mensura durabilitatis, quæ tamen non est semper stans, sed est successiva, in hoc convenit cum tempore, quod est mensura successiva et successivorum, ut infra patebit. Non tamen oratio est numerus simpliciter, sed est numerus pertinens ad mensuram durationis; nec est tempus continuum, quod nihil aliud est quam successio continuata semper divisibilis, sed etiam successio aliquorum indivisibilium, puta syllabarum

c'est encore la succession de quelques indivisibles, des syllabes. Or, il faut savoir qu'Aristote, dans son livre des Prédicaments, dit, Que le discours se mesure par la syllabe brève et la syllabe longue. Un autre texte porte que la syllabe brève et la syllabe longue se mesurent par le discours. Or, le discours se mesure par la syllabe de la même manière, comme nous l'avons dit, que le nombre est mesuré par l'unité, qui comme telle est indivisible. Quand on dit qu'une telle syllabe est brève ou longue, il ne faut pas regarder cette brièveté ou cette longueur comme appartenant au temps continu, de telle sorte que le discours soit un assemblage de temps continus, autrement ce ne seroit pas une espèce différente du temps; car les parties du temps produisent une espèce différente du temps; mais le temps continu coexiste quelquefois avec la durée indivisible d'une syllabe, c'est-à-dire qu'il y a existence simultanée, parce que le temps est quelquefois court et d'autres fois long; c'est pourquoi le temps continu est la mesure des successifs dans le mouvement. Mais les syllabes existent dans quelque chose d'indivisible et sans mouvement, quoiqu'elles admettent le changement et la succession, dans une certaine mesure toutefois, comme il a été dit. D'où il suit que la mesure qui est le temps et la mesure de la syllabe, quoique des mesures diverses de la durée ou des choses durables, peuvent néanmoins coexister, et ainsi la syllabe sera dite brève ou longue, non d'une longueur ou d'une brièveté continue existant en elle, puisqu'elle est indivisible, mais de la longueur ou de la brièveté du temps continu, qui lui est coexistant. Néanmoins il en est qui disent que les syllabes, sans être le mouvement, s'opèrent par le mouvement, et comme tout mouvement se mesure par le temps continu, c'est pour cela que les syllabes sont appelées longues ou brèves, de la longueur ou de la brièveté du temps continu mesurant

Sciendum est autem, quod Philosophus, lib. *Prædicament.*, dicit, quod oratio mensuratur syllaba brevi et longa. Alius textus habet, quod syllaba brevis et longa mensuratur oratione. Mensuratur autem oratio syllaba eo modo sicut dictum est, quod numerus mensuratur unitate quæ indivisibilis est, in quantum hujusmodi. Similiter etiam oratio mensuratur syllaba, quæ ut dictum est, indivisibilis est. In hoc autem, quod dicitur talis syllaba brevis est vel longa, non est intelligendum, quod talis brevitatis vel longitudinis pertinet ad tempus continuum, ita videlicet quod oratio sit aggregata ex multis temporibus continuis, alioquin non esset alia species a tempore. Partes enim temporis faciunt aliam speciem a tempore, sed indivisibili durationi syllabæ aliquando coexistit tempus continuum, seu simul cum eo exis-

tit, quod tempus aliquando est breve et aliquando longum: unde tempus continuum est mensura successorum, quæ sunt in motu. Syllabæ vero existunt in quodam indivisibili et sine motu, licet sint cum mutatione et successione, sub aliqua tamen mensura, ut dictum est. Unde mensura, quæ est tempus, et mensura, quæ est ipsius syllabæ, licet sint diversæ mensuræ durationum seu durabilium, tamen possunt simul existere, et sic syllaba dicetur brevis vel longa, non ex longitudine vel brevitate continua, quæ sit in ea, cum ipsa sit indivisibilis; sed ex longitudine et brevitate temporis continui, quod ei coexistit. Aliqui tamen dicunt, quod licet syllabæ non sint motus, tamen fiunt per motum; cum autem omnis motus mensuretur tempore continuo, propter hoc syllabæ dicuntur longæ, vel breves ex



les mouvements qui les produisent. D'autres tiennent un langage différent. Suivant eux, le nombre étant produit par la division du continu, et n'ajoutant au continu rien autre chose que la division en laquelle chaque chose est indivise, il est néanmoins une espèce de la quantité différente de la continue ; il en est de même du discours relativement au temps. Car le discours est l'assemblage de plusieurs temps divisés, dont chacun est indivis, et néanmoins c'est une espèce différente du temps, telle est la quantité discrète, etc.

### CHAPITRE III.

*De la quantité continue en commun suivant l'intention logique.*

La quantité continue est celle dont les parties sont liées pour un but commun. Il faut observer qu'il en est qui conçoivent la chose dans ce sens que les parties du continu sont liées pour un but commun. Car les parties de la ligne se terminent au point qui la limite en acte, et non au point en puissance ; de même les parties de la surface sont liées pour former la ligne qui la termine en acte, et les parties du corps pour la superficie qui le limite. Pour comprendre ceci, il faut savoir que nous devons imaginer un point indivisible dans la ligne comme étant en mouvement, lequel produit la ligne par son mouvement, que la ligne soumise au mouvement produit la surface, que la surface soumise au mouvement produit le corps, et que le mouvement ensuite produit le temps. Par cette supposition de causes agissant de cette manière, quoiqu'il n'en soit pas réellement ainsi, nous comprendrons cette définition. En effet, si le point soumis au mouvement produit la ligne, toutes les parties de la ligne sont liées par le point, et comme dans toute partie de la ligne, comme nous venons de le dire, il faut imaginer un point auquel se rapporte une autre particule sans

longitudine vel brevitate temporis continui mensurantibus motus per quos syllabæ fiunt. Alii dicunt aliter de oratione. Secundum enim eos cum numerus causetur ex divisione continui et nihil addat supra continuum nisi divisionem in qua quodlibet est indivisum, et tamen est alia species quantitatis quam continua, ita accidit de oratione respectu temporis. Nam oratio est multa tempora divisa, quorum quodlibet est indivisum, et tamen est alia species a tempore, et sic patet de quantitate discreta, etc.

#### CAPUT III.

*De quantitate continua in communi secundum logicam intentionem.*

Continua vero quantitas est cujus partes ad unum communem terminum copulantur. Notandum, quod aliqui sic intelligunt

hoc, scilicet quod partes continui copulantur ad unum terminum communem. Nam partes lineæ terminantur ad unum punctum, quæ actu eam terminat non ad punctum in potentia ; similiter superficiei partes copulantur ad lineam, quæ actu eam terminat, et partes corporis ad superficiem terminantem illud. Ad quod intelligendum, sciendum est, quod nos debemus imaginari punctum, quod est indivisibile in linea moveri, et motu suo causare lineam, et lineam motam causare superficiem, et superficiem motam causare corpus, et nunc motum causare tempus. Quibus sic causatis et imaginatis, licet non ita sit realiter, intelligemus prædictam diffinitionem. Si enim punctus motus causat lineam, omnes partes lineæ per punctum copulantur ; et quia in qualibet parte lineæ est imaginari secundum istam viam,

autre déviation, il résulte que la ligne est dite continue. Il en est de même de la superficie par rapport à la ligne que nous supposons la produire par le mouvement qu'elle subit. Il en est aussi de même du corps par rapport à la surface, et comme le lieu est une espèce de surface, il a un terme commun pour ses particules de la même manière que la superficie. Il est bon pourtant de savoir qu'Aristote dit, dans ses Prédicaments, que les parties du lieu sont liées par le même terme qui est le but de la liaison des parties du corps, ce qui ne se comprend pas très-bien, si le lieu est une surface d'un corps de capacité. En effet, la superficie étant le terme commun des parties d'un corps, il s'ensuit que le terme d'un lieu est la superficie, et ainsi le terme de la superficie sera le terme de la superficie. En quoi il faut observer que le lieu peut se considérer de deux manières; premièrement, pour la surface du corps contenant, et alors le terme de ses parties est appelé ligne, ainsi qu'il a été dit; secondement, le lieu se prend pour tout le corps locatif, comme l'air est dit le lieu de l'eau, et le feu le lieu de l'air, et c'est dans ce sens qu'Aristote dit que les parties d'un lieu sont liées en vue du même terme que les parties du corps. Or, les parties du temps sont liées pour le moment présent, telle est l'explication de la quantité continue.

#### CHAPITRE IV.

*De la quantité qui a une position, et de ce qui est requis par rapport à cette position.*

La quantité continue a une position, quoiqu'il s'en trouve qui n'en ont pas. Il faut observer que la position est la même chose que l'ordre des parties dans un lieu, et c'est là un des dix prédicaments qui est aussi appelé situation; il en sera question plus loin. On dit aussi que

punctum aliquem ad quem se continue habet alia particula sine alia decisione, ideo dicitur linea esse continua. Eodem modo se habet de superficie respectu lineæ a qua mota, ut dictum est, imaginamur eam causari. Nam partes ejus per lineam et ad lineam continuantur. Similiter etiam se habet de corpore respectu superficiei, et quia locus superficies quædam est, eodem modo habet terminum communem suarum particularum, sicut superficies. Sciendum tamen est, quod Philosophus, lib. *Prædic.*, dicit, quod partes loci copulantur ad eundem terminum, ad quem copulantur partes corporis. Quod non bene intelligitur si locus est superficies corporis continentis. Cum enim terminus communis partium corporis sit superficies, sequitur quod terminus loci sit superficies, et sic superficies erit terminus superficiei. Ubi nota quod

locus potest dupliciter considerari. Uno modo, pro superficie corporis continentis, et tunc terminus partium ejus dicitur linea, ut dictum est. Alio modo sumitur locus pro toto corpore locante, sicut aer dicitur esse locus aquæ, et ignis locus aeris, et isto modo dicit Philosophus quod partes loci copulantur ad eundem terminum, ad quem copulantur partes corporis. Partes autem temporis copulantur ad nunc, et sic patet de diffinitione quantitatis continuæ.

#### CAPUT IV.

*De quantitate habente positionem, et de requisitis ad ipsam.*

Habet autem quantitas continua positionem, licet non omnis. Notandum, quod positio idem est quod ordo partium in loco et hæc est unum de decem prædicamentis quæ etiam dicitur situs, de quo infra di-

la position est l'ordre des parties dans le tout, et dans ce sens la position est la différence de la quantité. Pour que la quantité ait une position, trois choses sont requises. Il faut d'abord qu'elle ait ses parties continues marquées et non marquées; secondement, qu'en vertu de cette désignation, elle ait ses parties coordonnées entre elles, c'est-à-dire l'une après l'autre; troisièmement, que ces parties possèdent la permanence. Relativement à la première qualité, le nombre dont les parties ne sont pas *signables* mais désignées, quel que soit leur ordre, comme deux après un, trois après deux et ainsi de suite, n'a pas de position. Relativement à la troisième qualité, quoique le temps ait des parties *signables* et non marquées et ordonnées, comme néanmoins elles n'ont pas de permanence, elles n'ont pas pour cette raison de position entre elles. Le discours, d'autre part, dont les parties ne sont ni continues, ni permanentes, comme il a été dit, n'a pas à cause de cela de position dans ses parties. Donc les espèces de la quantité qui ont une position sont la ligne, la surface, le corps, le lieu; et quoique le point ne soit pas une quantité, parce qu'il est quelque chose d'indivisible et le principe de la quantité, parce qu'il est le principe de la ligne et qu'il est ordonné pour les parties de la ligne, il est dit avoir une position. Car, comme on dit communément, le point est quelque chose d'indivisible ayant une position, puisqu'il est la fin de la première partie et le commencement de la seconde, tandis que l'unité est quelque chose d'indivisible et n'a pas de position, on voit ainsi quelles sont les quantités qui ont une position et celles qui n'en ont pas.

## CHAPITRE V.

*Des espèces de la quantité continue, et d'abord de la ligne.*

Nous allons parler maintenant de ces espèces de la quantité conti-

cetum. Alio modo dicitur positio ordo partium in toto, et sic positio est differentia quantitatis; ad hoc autem quod quantitas habeat positionem requiruntur tria. Primo, quod habeat partes suas continuas signatas et non signatas. Secundo, quod secundum hanc signabilitatem habeat partes inter se ordinatas, unam videlicet post aliam. Tertio, quod partes illæ habeant permanentiam. Ratione primi, numerus qui habet partes suas non signabiles sed signatas, quantumcumque habeat eas ordinatas, puta duo post unum et tria post duo, et sic de aliis, non habet positionem. Ratione tertii, licet tempus habeat partes continuas signabiles, et non signatas, et ordinatas, quia tamen non habet eas permanentes, ideo non habent inter se positionem. Oratio vero partes suas neque continuas habet


nec etiam permanentes, ut dictum est; ideo non habet positionem in partibus suis. Species ergo quantitatis habentes positionem, sunt lineæ, superficies, corpus, locus, et licet punctus non sit quantitas, quia est quid indivisible et principium quantitatis, quia est principium lineæ, quia tamen habet ordinem ad partes lineæ, dicitur habere positionem. Nam ut communiter dicitur, punctus est indivisible habens positionem, cum sit finis prioris partis et initium posterioris. Unitas vero est indivisible, non habens positionem, et sic patet quæ quantitas habet positionem, et quæ non.

### CAPUT V.

*De speciebus quantitatis continuæ, et primo de lineæ.*

Nunc dicendum est de prædictis specie-

nue, et d'abord de la ligne. Or la ligne est une longueur sans largeur ni profondeur terminée par deux points. Pour comprendre cela, il faut savoir que la quantité étant une mesure, ou extension de la substance, comme il a été dit, une substance corporelle, comme telle, peut être mesurée ou étendue de trois manières sans plus, suivant la façon dont s'opère l'interjection des diamètres dans les angles droits. Car si l'un doit couper l'autre à angles droits, ce doit être en forme de croix, suivant la figure suivante, dans laquelle se trouvent deux angles droits dans la partie supérieure et deux dans la partie inférieure.



On appelle angle droit celui qui se forme en tirant une ligne perpendiculaire sur une ligne droite, de sorte que si cette ligne tombe sur le milieu, elle forme deux angles droits, comme il a été dit. Nous avons donc deux diamètres qui se coupent à angles droits dans la forme de la croix. Pour qu'un troisième diamètre coupe les deux premiers à angles droits, il faut qu'il passe par le point où se réunissent les quatre angles droits. Un quatrième diamètre ne peut couper les trois autres sans former un angle droit. L'un de ces diamètres s'appelle longueur, le second largeur, le troisième profondeur, que l'on nomme les trois dimensions. De sorte qu'en considérant la longueur sans les autres deux dimensions, elle s'appelle ligne. Les extrémités de la ligne, si elle en a, ce que je dis à cause de la ligne circulaire

qui n'en a pas, sont deux points, car ils terminent la ligne jusqu'à l'indivisibilité suivant cette dimension. En effet, si la division étoit

bus et primo de linea. Est autem linea longitudo sine latitudine et profunditate, cujus extrema sunt duo puncta. Ad quod intelligendum, sciendum est quod cum quantitas sit mensura sive extensio substantiæ, ut supra dictum est, substantia corporea, in quantum hujus tripliciter mensurari seu extendi potest, secundum quod tripliciter diametri in angulis rectis possunt se intersecare, et non pluries. Si enim unus diameter debet intersecare alium in angulis rectis, oportet quod sit ad modum crucis sic.

Ubi sunt duo anguli recti ex parte superiori, et duo ex parte inferiori. Dicitur autem angulus rectus, qui causatur ex ductu lineæ perpendiculariter cadentis super lineam rectam sic. Unde si talis linea cadit in medio, causat duos angulos rectos,

ut dictum est. Habemus ergo duos diametros, se in angulis rectis in cruce supposita intersecantes. Si vero tertius diameter debet prædictos duos diametros intersecare in angulis rectis, oportet quod transeat per punctum, ubi quatuor anguli recti junguntur. Nec potest quartus diameter prædictos tres diametros intersecare, quin causet angulum rectum. Unus ergo diameter dictarum trium dicitur longitudo, secundus latitudo, tertius vero profunditas, quæ dicuntur tres dimensiones : unde si consideretur longitudo sine aliis duabus dimensionibus dicitur linea. Extrema vero linea, si habet extrema, quod dico propter lineam circularem, quæ non habet extrema, sunt duo puncta ; terminant enim lineam ad indivisibile secundum illam dimensionem. Si enim semper esset dare di-

toujours possible dans cette dimension, cette dimension étant une ligne, dans ce cas la ligne seroit sans limites. La surface contient deux des susdites dimensions, savoir la longueur et la largeur, dont les extrémités sont deux lignes, ou une, je dis cela à cause de la surface circulaire qui est limitée par une seule ligne. En effet, ainsi que nous l'avons dit, pour borner une ligne il faut que la limite atteigne l'indivisibilité dans cette dimension, de sorte que la limite de la surface doit aller à l'indivisibilité en largeur, ce qui est la ligne. Un corps renferme les trois dimensions ci-dessus, ou en d'autres termes, un corps est une triple dimension, comme la surface est une double dimension, et la ligne une seule. Or, le corps se termine à la surface qui est indivisible en profondeur, ou à la ligne qui l'est en largeur. Il faut observer que quoique le corps soit une triple dimension, savoir, longueur, largeur et profondeur, le corps ne tient son caractère de perfection que de la profondeur. De même, quoique la surface contienne deux dimensions, la longueur et la largeur, néanmoins sa raison spécifique n'est complétée que par la largeur, comme la raison spécifique de l'homme n'est complétée que par la rationalité, quoiqu'il soit doué de la sensibilité et de la vie. La raison spécifique de la brute est complétée par la sensibilité, quoiqu'elle jouisse aussi de la vie. Quant à la ligne, c'est la longueur qui fait la perfection spécifique. Et comme la quantité continue a la propriété d'être toujours divisible, si le corps, tant que corps, doit se terminer à l'indivisible, ce sera à la surface, laquelle, quoique divisible, ne l'est pas cependant en profondeur en quoi consiste la raison spécifique du corps, comme il a été dit, il en est de même de la surface par rapport à la ligne. Telles sont les trois espèces de la quantité continue.

visibile secundum illam dimensionem, cum hujusmodi dimensio sit linea, ut dictum est, tunc linea nunquam terminaretur. Superficies vero continet duas dimensiones de prædictis, scilicet longitudinem et latitudinem, cujus extrema sunt duæ lineæ vel una; quod dico propter superficiem circulearem, quæ una linea terminatur. Sicut enim dictum est, ad hoc quod linea terminetur, oportet quod terminetur ad indivisibile secundum illam dimensionem, sic oportet quod superficies terminetur ad indivisibile secundum latitudinem, et hæc est linea. Corpus autem continet omnes prædictas tres dimensiones, seu ipsum corpus est ipsa trina dimensio, sicut superficies est duplex dimensio, et linea una. Terminatur autem corpus ad superficiem, quæ indivisibilis est secundum profunditatem vel ad lineam, quæ indivisibilis est secundum latitudinem. Notandum, quod

licet corpus sit trina dimensio, scilicet longitudo, latitudo et profunditas, tamen ratio corporis perficitur ex sola profunditate. Similiter etiam licet superficies contineat duas dimensiones, scilicet longitudinem et latitudinem, tamen ratio ejus specifica completur ex sola latitudine, sicut ratio specifica hominis completur ex rationali; quamvis homo sit sensibilis et vivus. Ratio vero bruti ex sensibili completur, licet etiam cum hoc sit vivum. Lineæ vero ratio specifica perficitur ex sola longitudine. Et quia quantitas continua hoc habet, quod semper sit divisibilis, si corpus in quantum corpus terminari debet ad indivisibile, terminabitur ad superficiem, quæ licet sit divisibilis, non tamen secundum profunditatem in qua consistit ratio specifica corporis, ut dictum est, et similiter de superficie respectu lineæ. Et sic patet de tribus speciebus quantitatis continuæ.

## CHAPITRE VI.

*Du lieu qui est une espèce de la quantité continue.*

*Nous passons au lieu.* Le lieu est la surface d'un corps contenant immobile. En effet, quoique le lieu soit une surface, il ne s'ensuit pas qu'il soit dans le genre de la surface, mais c'est un autre genre de quantité à raison d'une autre différence spécifique surajoutée qui ne convient pas à la surface, en tant que surface, et n'est pas disparate à son égard, quoiqu'il soit immobile. Il faut savoir que, comme il n'y a point de vide dans la nature, il faut qu'un corps soit enveloppé d'un autre corps. Laissons pour le moment la dernière sphère. C'est pourquoi la surface du corps, qui enveloppe celle qui est contiguë au corps enveloppé, est appelée lieu. Néanmoins cette surface n'est pas appelée lieu par la raison qu'elle enveloppe, autrement le vaisseau qui suit le cours du fleuve étant toujours entouré de la surface de la même eau, parce qu'il suit le courant de l'eau, pourroit être regardé comme restant dans le même lieu, ce qui est faux. De même aussi le vaisseau amarré au bord du fleuve, changeant continuellement de surface par le flux de l'eau, changeroit à chaque instant de lieu dans ce cas, ce qui est également faux. Donc la nature du lieu n'est pas celle de la surface, ni réciproquement; la nature du lieu consiste en ce qu'il est immobile par rapport à l'univers; c'est pourquoi, en supposant que le monde fût vide, qu'il n'y eût que le ciel pour contenir le vide et qu'une pierre fût au centre, quand bien même elle ne seroit pas enveloppée par la surface d'un corps contenant, elle seroit malgré cela dans un lieu, parce qu'elle seroit dans une place qui, par rapport à l'univers ou le ciel, seroit immobile. Ainsi s'explique le lieu.

## CAPUT VI.

*De loco qui est species quantitatis continuæ.*

Sequitur de loco. Est autem locus superficies corporis continentis immobilis. Licet enim locus sit superficies, non tamen sequitur quod locus sit in genere superficiei, sed est aliud genus quantitatis propter aliam differentiam specificam superadditam, quæ non convenit superficiei in quantum superficies est, nec sibi disconvenit, scilicet immobilis. Sciendum, quod cum non sit dare vacuum in natura, oportet omne corpus alio corpore circumdari. Dimittamus modo de ultima sphaera. Unde superficies corporis circumdantis illam, quæ contigua est corpori circumdato, dicitur esse locus. Nec propter hoc talis superficies dicitur locus, quia circumdat, alioquin navis, quæ

vadit cum fluminè, cum semper sit circumdata superficie ejusdem aquæ, eo quod ipsa semper descendit sicut aqua descendit, diceretur esse in eodem loco, quod tamen falsum est. Similiter etiam navis ligata ad ripam fluminis, cum propter fluxum aquæ semper mutet superficiem, tunc semper mutaret locum, quod etiam falsum est. Non ergo ratio loci est ratio superficiei, nec e converso, sed ratio loci consistit in hoc quod est immobilis, scilicet secundum situm universi: unde dato, quod mundus esset vacuum, et esset solum cælum continens vacuum, et unus lapis esset in centro quantumcumque non circumdaretur superficie corporis continentis, tamen adhuc esset in loco, quia esset in parte, quæ per respectum ad situm universi seu cæli esset immobilis, et sic patet de loco.

## CHAPITRE VII.

*Du temps, comment c'est une quantité successive.*

Le temps est le nombre du mouvement du premier mobile suivant la priorité et la postériorité. Pour comprendre cette définition, il faut savoir qu'il y a deux sortes de nombres, l'un qui sert à la numération, comme deux, trois et ainsi de suite, et c'est là la première espèce de la quantité discrète dont nous avons parlé. La seconde espèce est ce qu'on appelle nombre nombré, ce sont les choses auxquelles nous appliquons ce nombre dans la numération, comme deux chiens, trois lignes, et c'est dans ce sens que nous prenons ici le nombre. Il faut savoir aussi que dans tout mouvement il y a une quantité successive qui le produit formellement, sous le rapport de quantité successive, laquelle quantité successive n'est pas le mouvement, mais un de ces accidents. Or, le mouvement du premier mobile, savoir du dernier ciel, étant le plus régulier et le plus simple de tous les mouvements, il s'ensuit que sa quantité successive est la plus régulière et la plus simple de toutes les autres quantités successives; c'est pourquoi, en l'appliquant à tous les autres mouvements, lesquels, comme on l'a dit, sont successifs, nous nous assurons de leur durée, c'est ce que nous avons appelé mesurer. Mais comme l'ame, dans cette succession du mouvement du premier mobile, considère la priorité et la postériorité, cette succession ainsi nombrée ou mesurée par l'ame par le moyen de l'antériorité et de la postériorité, est ce qu'on appelle le temps. De même que nous appelons jour la succession d'une partie du mouvement du premier mobile, en tant que ses parties se meuvent d'Orient en Occident. C'est pourquoi cette antériorité dans la succession suivant qu'une partie du premier mobile avoit son mouvement

## CAPUT VII.

*De tempore, quomodo est quantitas successiva.*

Tempus autem est numerus motus primi mobilis secundum prius et posterius. Ad intelligendum autem prædictam diffinitionem, sciendum quod duplex est numerus scilicet quo numeramus, ut duo, tria et hujusmodi, et ista est prima species quantitatis discretæ, de qua dictum est. Alius est numerus numeratus, scilicet istæ res, quibus nos istum numerum applicamus in quantum numerantur, ut duo canes vel tres lineæ, et isto modo sumitur hic numerus. Sciendum quod in omni motu est quantitas successiva, faciens ipsum formaliter quantum quantitate successiva, quæ quantitas successiva non est motus, sed ac-

cidens ejus. Motus autem primi mobilis, scilicet ultimi cœli, quia est regularissimus et simplicissimus omnium motuum, ideo quantitas ejus successiva est regularissima et simplicissima omnium aliarum quantitatum successivarum; et ideo applicando illam ad omnes alios motus, qui, ut dictum est, successivi sunt, certificamur de duratione ipsorum, et hoc est mensurari, ut supra dictum est. Quia vero anima in illa successione motus primi mobilis considerat prius et posterius, illa successio sic numerata vel mensurata ab anima per prius et posterius, dicitur esse tempus. Sicut diem vocamus successionem unius partis motus primi mobilis, prout scilicet partes ejus moventur ab Oriente in Occidente. Unde tale prius in successione, prout scilicet pars primi mobilis movebatur in

vers l'Orient, et cette postériorité selon que cette partie étoit en mouvement vers l'Occident, considérées par l'ame, produisent le temps ci-dessus, savoir le jour, et ainsi des autres. Et en appliquant ce temps, comme nous l'avons dit, à toutes les choses successives, nous constatons leur durée dans cette succession. On voit donc de quelle manière le temps est le nombre du mouvement suivant l'antériorité et la postériorité. Il faut observer, qu'ainsi que nous l'avons dit, comme le temps est subjectivement dans le mouvement du premier mobile, de même que la passion dans son sujet, nous disons de certaines choses qu'elles sont dans le temps suivant qu'elles sont dans ce mouvement. C'est pourquoi il faut considérer dans le mouvement le mobile et l'indivisible du mouvement, qui s'appelle changement, et qui est au mouvement comme le point est à la ligne; et comme dans toute partie de la ligne il faut imaginer un point, de même dans chaque partie du mouvement il faut considérer une mutation; car tout mouvement terminable se termine à la mutation, comme à un terme intérieur, comme la ligne au point. D'où il résulte que le temps répond à ce mouvement de deux manières, comme sa passion, puisqu'il en est la succession, et comme sa mesure. Car le temps ne mesure pas seulement les autres mouvements, il mesure encore les parties du mouvement du premier mobile. Nous disons, en effet, qu'une révolution s'est opérée en un jour. Quant à la mutation d'être qui est l'indivisible dans le mouvement, ce qui lui répond c'est dans le temps le présent qui est l'indivisible du temps, ou le même en réalité, quoiqu'il pût y avoir une différence de raison, et dans tout temps il faut noter le présent, et si le temps avoit un terme, il se termineroit au présent. Voilà ce qui regarde le temps.

Oriente, et tale posterius prout scilicet pars movebatur in Occidente, considerata ab anima faciunt dictum tempus, puta diem, et sic de aliis; et hoc tempus, ut dictum est, applicando ad omnia successiva, de eis certificamur quantum ad ipsorum durationem in tali successione. Patet ergo qualiter tempus est numerus motus secundum prius et posterius. Notandum quod quia ut dictum est, tempus est subjective in motu primi mobilis, sicut est passio in suo subjecto, secundum ea quæ sunt in illo motu, dicimus aliqua esse in tempore. Unde in motu est considerare mobile et indivisible ipsius motus, quod dicitur mutatum esse, quod se habet ad motum, sicut punctus ad lineam, et sicut in qualibet parte lineæ est imaginari punctum, sic in qualibet parte motus est considerare mu-

tatum esse, omnis enim motus si terminabilis est, terminatur ad mutatum esse, sicut ad terminum intraneum, sicut linea ad punctum. Unde illi motui respondet tempus dupliciter, quia et sicut ejus passio, quia est successio ejus, ut dictum est, et sicut ejus mensura. Non enim tempus solum mensurat alios motus, sed etiam partes motus primi mobilis; dicimus enim quod una circulatio facta est in una die. Ipsi vero mutato esse, quod est indivisibile in motu, respondet in tempore nunc, quod est indivisibile temporis vel est idem re, licet posset ratione differre, et in omni tempore est signare nunc, sicut in linea punctum, et si tempus terminaretur, utique ad nunc terminaretur. Patet ergo de tempore.



## CHAPITRE VIII.

*Que la quantité ne reçoit ni le plus, ni le moins, et n'a pas de contrariété, mais une chose est dite égale ou inégale à une autre suivant l'être.*

Toutes les quantités ont cela de commun qu'elles ne reçoivent pas le plus et le moins, pas plus que la contrariété. Nous avons dit comment il faut l'entendre en parlant du prédicament de la substance. Or il faut savoir qu'Aristote, dans son livre des Prédicaments, fait une objection relativement à la grandeur et à la petitesse qui semblent être dans la quantité, et qui paroissent être contraires. Il répond d'abord que la grandeur et la petitesse ne sont pas dans le genre de la quantité, bien qu'elles en soient des passions, mais dans le genre de la relation. Car une chose n'est pas appelée grande d'une manière absolue, autrement on ne diroit pas un grand arbre et une petite montagne, si ce n'est par rapport à un autre arbre ou à une grande montagne. Il répond en second lieu qu'en accordant que le grand et le petit sont dans le genre de la quantité, ils ne seroient pas néanmoins contraires. Car la même chose ne pourroit pas être contraire à soi-même, et cependant une seule et même quantité est dite grande par rapport à une plus petite, et petite par rapport à une plus grande. Or le propre de la quantité est qu'une chose soit dite égale ou inégale par rapport à elle. Pour comprendre cela, il faut savoir qu'une quantité peut se prendre de deux manières; d'abord pour la grandeur de la masse, en second lieu pour la grandeur de la perfection. Dans le premier sens elle appartient à ce prédicament, car c'est là la première et la plus connue acception de la quantité. Dans le second sens la quantité appartient aux transcendants, car elle se trouve

## CAPUT VIII.

*Quod quantitas non suscipit magis nec minus, nec habet contrarietatem, sed secundum esse aliquid dicitur æquale vel inæquale alteri.*

Commune est autem omni quantitati non suscipere magis et minus, nec suscipere contrarietatem. Quod qualiter intelligatur, supra de prædicamento substantiæ dictum est. Sciendum autem quod a Philosopho, lib. *Prædicam.*, ponitur instantia de magno et parvo, quæ videntur esse in quantitate et videntur esse contraria. Et respondet primo, quod magnum et parvum non sunt in genere quantitatis, licet sint passionibus ipsius quantitatis, sed sunt in genere relationis. Non enim magnum dicitur aliquid absolute, alioquin non dice-

retur milium magnum et mons parvus, nisi per respectum ad aliud milium vel per respectum ad montem magnum. Secundo respondet quod dato quod magnum et parvum essent in genere quantitatis, non tamen essent contraria. Idem enim non potest esse contrarium sibiipsi, et tamen una et eadem quantitas dicitur magna per respectum ad minorem et parva per respectum ad majorem. Proprium autem quantitatis est secundum eam æquale vel inæquale dici. Ad quod intelligendum, sciendum est quod quantitas dupliciter potest sumi. Uno modo pro magnitudine molis, alio modo pro magnitudine perfectionis. Primo modo quantitas pertinet ad hoc prædicamentum, quia ista est prior et notior acceptio quantitatis. Secundo modo, quantitas est de transcendentibus, quia in multis generibus

dans plusieurs genres, comme le parfait. Nous disons, en effet, cet homme est un grand médecin, c'est-à-dire un médecin parfait, et c'est là une grande similitude; une chose est dite aussi égale ou inégale suivant la quantité prise dans les deux sens. Nous disons, en effet, que deux lignes sont égales et deux blancheurs aussi, et parce que la quantité dans le premier sens est plus connue et plus propre. Dans le second sens elle est dite transumptivement, et c'est pourquoi l'égalité ou l'inégalité se disent proprement de la quantité dans le premier sens. Il faut observer que l'unité se convertit avec l'être, et ainsi tout ce qui est être est un. Or la substance, la quantité, la qualité étant des êtres, il faut que chacun d'eux soit un; et comme dans la substance, la quantité et la qualité, il peut y avoir plusieurs êtres, il peut donc y avoir en elles plusieurs choses, dont chacune est une, et qui présentent la multiplicité. Donc dans chacun de ces prédicaments il y a unité et multiplicité. Dans la substance c'est sur l'unité qu'est fondée la relation qui s'appelle identité, dans la quantité c'est la relation qui est appelée similitude, mais néanmoins d'une façon différente. Car l'unité se prend en trois sens différents, l'unité numérique, comme Socrate, Platon, chacun est effectivement numériquement un. L'unité d'espèce, comme Socrate et Platon sont un dans l'homme. L'unité de genre, comme l'homme et le cheval sont un dans l'animal. Or, l'identité qui est fondée sur l'unité dans la substance, n'est pas fondée sur l'unité dans le genre, ni dans l'espèce, mais bien dans le nombre, comme s'il y avoit deux substances. Ce qui est un numériquement est identique à soi-même, dans le sens où nous prenons ici l'identité, quoiqu'on puisse le dire identique dans la substance et dans le genre; ce n'est pas néanmoins dans ce sens que nous venons de prendre l'identité. C'est pourquoi une semblable

invenitur, sicut et perfectum. Dicimus enim iste est magnus medicus, id est perfectus, et ista est magna similitudo, et secundum quantitatem utroque modo sumptam dicitur æquale et inæquale. Dicimus enim duas lineas esse æquales et duas albedines similiter, et quia quantitas primo modo est notior et magis propria. Secundo autem modo dicitur transumptive ab illa, ideo æquale vel inæquale dicitur proprie secundum quantitatem primo modo sumptam. Notandum quod unum convertitur cum ente, et sic quidquid est ens, est unum; cum autem substantia, quantitas, qualitas sint entia, oportet quodlibet eorum esse unum, et cum in substantia, quantitate et qualitate possunt esse plura entia, ergo in eis possunt esse plura, quorum quodlibet est unum, quæ sunt multa,

in quolibet ergo istorum prædicamentorum est unum, et multa. In uno autem in substantia fundatur relatio, quæ dicitur identitas. In uno vero in quantitate fundatur relatio, quæ dicitur similitudo, diversimode tamen. Nam unum dicitur tripliciter, scilicet unum numero, ut Sortes vel Plato. Quilibet enim per se est unus numero. Aliud est unum specie, ut Sortes et Plato sunt unum in homine. Aliud est unum genere, ut homo et equus sunt unum in animali. Identitas autem quæ fundatur in uno in substantia, non fundatur in uno in genere, nec in uno in specie, sed in uno in numero, ac si essent duæ substantiæ. Unum vero numero est idem sibiipsi, prout nunc sumitur idem, licet etiam in substantia possit dici idem specie et idem genere, tamen non sic modo sumitur idem

identité n'est pas une relation réelle, mais bien une relation de raison, comme on le dira plus loin. L'égalité et la similitude ne se fondent pas sur l'unité suivant le nombre, parce que rien n'est égal ou semblable à soi-même, mais elles se fondent sur l'unité suivant l'espèce, parce que nous disons que deux lignes sont égales, et deux blancheurs semblables. Il faut observer que l'égalité et la similitude se prennent communément pour les deux fondements de l'égalité comme pour ses deux termes. En effet, l'égalité se rapporte à deux choses, à l'une fondamentalement, à l'autre comme terme, et *vice versa*; pour la similitude, elle est multiple dans les termes. Car il suffit à la similitude de la participation de la qualité suivant la même espèce. En effet, les choses qui sont blanches sont semblables, et celles qui participent à diverses qualités quant à l'espèce sont dissemblables, comme le blanc et le noir; il n'en est pas de même de l'égalité. Il ne suffit pas, en effet, pour l'égalité, qu'il y ait deux quantités de même espèce, autrement toutes les lignes, qui sont de même espèce, seroient égales, ce qui est néanmoins faux; il faut, au contraire, qu'il y ait deux quantités de même espèce avec l'exclusion d'une plus grande ou d'une plus petite, de telle sorte que l'une ne soit en aucune manière ni plus grande ni plus petite que l'autre. Mais l'inégalité ne se prend pas suivant les diverses espèces de quantités, comme on l'a dit de la similitude en quantité, mais bien dans les choses qui sont de la même espèce sans l'exclusion d'une plus grande ou d'une plus petite. On voit de cette manière ce que c'est que l'identité, l'égalité et la similitude. Il faut savoir que bien que la substance soit le fondement de l'identité, comme il a été dit, elle peut néanmoins se dire des autres prédicaments et se fonder sur eux. Nous disons, en effet, que cette blancheur est identique à elle-même, cette ligne identique à elle-

titas. Unde talis identitas non est relatio realis, sed rationis, ut infra dicitur. *Æquale* vero et simile, non fundatur in uno secundum numerum, quia nihil est æquale vel simile sibiipsi, sed fundatur in uno secundum speciem; nam duas lineas dicimus æquales, et duas albedines similes. Notandum quod æquale et simile sumuntur communiter, scilicet pro utroque fundamento æqualitatis et utroque ejus termino. *Æqualitas* enim est duorum, unius fundamentaliter et alterius ut termini, et e converso; similitudo autem est multa terminis. Nam ad similitudinem sufficit participatio qualitatis secundum eandem speciem. Quæ enim sunt alba, sunt similia, et quæ participant diversas qualitates quantum ad speciem, sunt dissimilia, ut album et nigrum, non est autem sic de

æqualitate. Non enim sufficit ad æqualitatem, quod sint duæ quantitates ejusdem speciei, alioquin omnes lineæ, quæ sunt ejusdem speciei, essent æquales, quod tamen falsum est; sed requiritur quod sint duæ quantitates ejusdem speciei cum privatione majoris et minoris, ut scilicet una omnino non sit major nec minor altera. Inæquale vero non sumitur secundum diversas species quantitatis, ut dictum est de simili in quantitate, sed in eis, quæ sunt ejusdem speciei sine privatione majoris et minoris, et sic patet quid sit idem, quid æquale, quid simile. Sciendum quod licet fundamentum identitatis sit substantia, ut dictum est, tamen potest dici de aliis prædicamentis, et in eis fundari. Dicimus enim quod hæc albedo est eadem sibiipsi et hæc linea est eadem sibiipsi, et

même, c'est pourquoi ce n'est pas le propre de la substance que l'identité et la diversité se disent d'elle, puisque ces qualités conviennent aux autres prédicaments, quoiqu'ils conviennent principalement à la substance. La première propriété de la quantité est donc que l'égalité ou l'inégalité se disent d'elle, car on n'appelle égal ou inégal que ce qui est suivant elle; le propre, au contraire, de la qualité est que la similitude ou la dissemblance se disent suivant elle. Tel est le prédicament de la quantité.

## TRAITÉ IV.

### DU PRÉDICAMENT DE LA QUALITÉ.

#### CHAPITRE PREMIER.

##### *Ce que c'est que la qualité en général.*

Nous allons parler maintenant du prédicament de la qualité. On définit ainsi la qualité : la qualité est ce qui sert à qualifier. Il faut savoir que les prédicaments ne peuvent pas être définis. En effet, comme on met dans la définition le genre et la différence de la chose définie, et que les genres les plus généraux, tels que la substance, la quantité, la qualité, n'ont pas de genre au-dessus d'eux, comme on l'a dit, il s'ensuit qu'ils ne peuvent pas être définis. Ils peuvent néanmoins être décrits et expliqués par le moyen de certaines choses qui nous sont plus connues. Il faut observer, ainsi qu'on peut le déduire de ce qui a été dit, que notre intelligence abstrait non-seulement l'universel du particulier, mais encore la forme du sujet de cette forme. Car il conçoit l'humanité sans concevoir précisément l'être revêtu de l'huma-

---

ideo non est proprium substantiæ secundum eam dici idem vel diversum, cum hæc convenient aliiis prædicamentis, licet convenient substantiæ principaliter. Primum autem quantitatis est secundum eam dici	æquale vel inæquale, quia nihil dicitur æquale vel inæquale, nisi secundum quantitatem. Proprium vero qualitatis est secundum eam dici simile vel dissimile, et sic patet de prædicamento quantitatis.
--	--

---

## TRACTATUS IV.

### DE PRÆDICAMENTO QUALITATIS.

#### CAPUT PRIMUM.

##### *Quid sit qualitas in genere.*

Nunc dicendum est de prædicamento qualitatis. Describitur autem qualitas sic. Qualitas est secundum quam quales dicimur. Sciendum, quod prædicamenta diffiniri non possunt. Cum enim in diffinitione ponatur genus et differentia diffiniti; genera autem generalissima, cujusmodi sunt

substantia, quantitas, qualitas et hujusmodi non habeant genus supra se, ut supra dictum est. Ergo diffiniri non possunt. Possunt autem per aliqua nobis magis nota describi seu notificari. Notandum quod, ut ex supradictis colligi potest, intellectus noster non solum abstrahit universale a particularibus, sed etiam formam ab habente talem formam. Intelligit enim humanitatem præcise non intelligendo cum ea

nité, c'est-à-dire l'homme, en qui se trouve non-seulement l'humanité, mais encore plusieurs autres êtres, tels que la blancheur et autres. Il conçoit de la même manière la blancheur en l'abstrayant de son sujet que nous appelons blanc. C'est pourquoi, bien que la blancheur ne se rencontre pas sans sujet, l'intellect la conçoit néanmoins en l'abstrayant du sujet, qui reste en dehors de la conception, et c'est pour cela qu'elle appartient plutôt à l'intellect agissant dans l'abstrait que dans le concret, et comme nos connoissances nous viennent des sens, les choses les moins sensibles nous sont aussi les moins connues. Or, les choses abstraites, comme on l'a dit, sont moins sensibles, c'est donc avec convenance que nous arrivons à en acquérir la connoissance par les choses concrètes comme étant connues antérieurement. On a donc bien donné la notion de la qualité qui est abstraite par l'être qualifié, en disant : la qualité est ce qui sert à qualifier. Il faut savoir qu'il existe une différence entre la qualité et les autres accidents, car le concret s'y dit de l'abstrait. En effet, nous disons : cette ligne est grande, ce qui n'arrive pas dans les autres prédicaments des accidents ; car on ne peut pas dire cette blancheur a telle qualité, c'est pour cela que la quantité dans l'abstrait n'est pas définie, mais décrite par le concret. Car si une chose se dit de l'autre et réciproquement, il y aura une chose mal connue comme le reste. Telle est la description de la qualité.

## CHAPITRE II.

*De la première espèce de qualité, qui est l'habitude et la disposition.*

Il y a quatre espèces de qualités qui sont les genres subalternes. La première est l'habitude ou la disposition. Sur quoi il faut savoir que la disposition est le genre par rapport à l'habitude. Car toute

habentem humanitatem, scilicet hominem, in quo non solum est humanitas, sed etiam multa alia entia, scilicet albedo et hujusmodi. Eodem modo intelligit albedinem abstrahendo ab habente ipsam, quod vocamus album. Unde licet albedo non inveniatur sine subjecto, tamen intellectus eam intelligit abstrahendo a subjecto, eo videlicet non intellecto, et secundum hoc magis pertinet ad intellectum accidens in abstracto, quam in concreto. Et quia cognitio nostra ortum habet a sensu, minus sensibilia sunt nobis minus nota; abstracta autem, ut dictum est, sunt minus sensibilia. Ergo convenienter notificantur per concreta, sicut per prius nota. Bene ergo data fuit notificatio qualitatis, quæ est abstracta per quale quod est concretum, dicendo: Qualitas est secundum quam qua-

les dicimur. Sciendum est quod est differentia inter quantitatem et alia accidentia; nam in ea prædicatur concretum de abstracto. Dicimus enim: Hæc linea est quanta, quod non contingit in aliis prædicamentis accidentium. Non enim potest dici, quod hæc albedo est qualis, et inde est, quod quantitas in abstracto non diffinitur seu describitur per concretum. Si enim unum de alio prædicatur conversim, ita erit male notum unum, sicut reliquum, et sic patet de descriptione qualitatis.

### CAPUT II.

*De prima specie qualitatis, quæ est habitus et dispositio.*

Sunt autem quatuor species qualitatis, quæ sunt genera subalterna. Prima est habitus seu dispositio. Ubi sciendum est quod

habitude est disposition ; mais toute disposition n'est pas habitude, parce que la qualité facilement mobile est disposition, et non pourtant habitude. C'est pourquoi si l'on prend la disposition pour la qualité qui est facilement mobile, elle est alors une espèce de qualité *condivise* avec l'habitude. Si, au contraire, la disposition est prise en tant qu'elle se dit soit de la qualité facilement mobile ou de celle qui est difficilement mobile, alors elle est genre relativement à l'habitude et à la disposition qui se divise avec l'habitude. Or, l'habitude se définit ainsi, V Métaph. : « L'habitude est une disposition par laquelle on est disposé bien ou mal, soit par rapport à soi, soit par rapport à autre chose. » Pour comprendre cette définition, il faut savoir que la disposition est l'ordre d'une chose qui a des parties non-seulement quantitatives, mais encore essentielles ou potentielles. C'est pourquoi l'ordre de ces parties entre elles, ou relativement à autre chose, s'appelle disposition. Plusieurs choses sont requises pour l'habitude, soit que ce soit des parties, des puissances ou des actes qui sont respectivement commensurables de diverses manières, de sorte qu'on puisse trouver en elles un certain moyen de commensuration mitoyen, et un tel moyen s'appelle habitude. Par exemple, la santé est la mesure des humeurs respectivement et diversement commensurables, lesquelles néanmoins sont ramenées à la santé comme à un moyen déterminé de commensuration, et c'est pour cela que la santé est une habitude. Car comme les qualités élémentatives se mesurent dans les éléments suivant un seul mode et non suivant plusieurs, il n'y a pas pour cette raison en eux habitude. C'est donc avec raison que l'on dit que l'habitude est une disposition ou un ordre des parties diversement commensurables bien ou mal, c'est-à-dire suivant un mode mitoyen déterminé. Mais, comme on dit par rapport à soi ou à

dispositio est genus ad habitum. Omnis enim habitus est dispositio, non tamen omnis dispositio est habitus; nam qualitas facile mobilis est dispositio, non tamen est habitus. Unde si sumatur dispositio pro qualitate, quæ est facile mobilis, tunc est una species qualitatis condivisa habitui. Si vero sumatur dispositio, prout dicitur tam de qualitate facile mobili, quam de difficile mobili, tunc est genus ad habitum et dispositionem, quæ habitui condividitur. Diffinitur autem habitus, V. *Metaph.*, sic : « Habitus est dispositio qua aliquis disponitur bene vel male, sive secundum se, sive ad aliud. » Ad quam diffinitionem intelligendam sciendum est, quod dispositio est ordo rei habentis partes non solum partes quantitativas, sed etiam essentielles vel potentiales. Unde ordo istarum partium inter se vel ad aliquid aliud, dicitur dispositio. Ad rationem quidem habitus requiritur plura sive sint partes, sive potentia, vel actus, quæ sunt ad invicem commensurabilia diversis modis, ita quod in eis possit inveniri aliquis modus medius commensurationis et talis modus dicitur habitus. Verbi gratia : Sanitas est debita commensuratio humorum diversimode ad invicem commensurabilium, quæ tamen reducuntur ad sanitatem, sicut ad determinatum modum commensurationis, et ideo sanitas est habitus. Nam quia qualitates elementales in ipsis elementatis secundum unum modum mensurantur, et non diversimode, ideo in eis non est habitus. Bene ergo dicitur, quod habitus est dispositio seu ordo partium diversimode commensurabilium bene vel male, id est, secundum modum medium determinatum. Sed quia dicitur sive secundum se, sive

quelque autre chose, il faut savoir qu'il y a une double habitude; l'une, qui est la disposition de la chose suivant le mode et la nature de la chose intrinsèquement, suivant que les parties naturelles se mesurent respectivement suivant un mode mitoyen, comme on l'a dit de la santé, qui est la mesure légitime dans quatre humeurs. De même la beauté qui est la légitime commensuration des membres, et c'est là ce qui est appelé dans la définition, habitude par rapport à soi. Le second mode d'habitude est la disposition de la chose relativement à la fin; et comme la fin des puissances se trouve être les opérations, le mode mitoyen se détermine suivant qu'elles sont bien ou mal ordonnées à l'égard de leurs opérations, comme sont les vertus et les vices; et c'est pour cela que dans la définition de l'habitude on dit, *soit par rapport à autre chose*, c'est-à-dire, la fin, et ces habitudes sont difficilement mobiles. En effet, une habitude vertueuse qui se contracte par la répétition des actes, n'est pas pour cette raison facilement mobile, tandis que celui qui n'auroit contracté que par un petit nombre d'actes un commencement de disposition ou d'habitude pour la vertu, seroit dit avoir une disposition facilement mobile en parlant de la disposition non en tant qu'elle est genre par rapport à l'habitude, mais suivant qu'elle est une espèce condivise à elle-même; c'est là la première espèce de la qualité, etc.

### CHAPITRE III.

*De la seconde espèce de la qualité qui est la puissance ou l'impuissance naturelle.*

La seconde espèce de la qualité est la puissance ou l'impuissance naturelle de faire ou de souffrir facilement quelque chose. Pour concevoir cette espèce de la qualité, il faut savoir que la puissance peut se prendre de deux manières. La première comme étant des transcen-

ad aliquid aliud, sciendum quod duplex habitus invenitur. Unus dispositio rei secundum modum et naturam rei intra, prout partes naturales ad invicem secundum unum modum medium commensurantur, ut dictum est de sanitate, quæ est debita commensura in quatuor humorum. Similiter pulchritudo, quæ est debita commensuratio membrorum, et hoc quod dicitur in diffinitione habitus, scilicet secundum se. Alius modus habitus est, qui est dispositio rei in ordine ad finem; et quia finis potentiarum sunt operationes, medius modus determinatur secundum quod ad suas operationes bene vel male ordinantur, sicut sunt virtutes et vitia, et propter hoc in diffinitione habitus dicitur sive ad aliud, scilicet ad finem, et tales

habitus sunt difficile mobiles. Quia enim habitus virtuosus ex multis actibus iteratis generatur, ideo non est ita de facili mobilis; qui vero ex paucis actibus inciperet vel disponi vel habituari ad virtutem, ille diceretur habere dispositionem quæ facile mobilis est loquendo de dispositione, non prout est genus ad habitum, sed ut est species sibi condivisa, et sic patet de prima specie qualitatis, etc.

#### CAPUT III.

*De secunda specie qualitatis, quæ est naturalis potentia vel impotentia.*

Secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia aliquid facile faciendi vel patiendi. Ad intelligendum autem hanc speciem qualitatis, sciendum

dants. En effet, la puissance et l'acte se partagent tout l'être, comme on le voit, V de la Métaph., et dans le genre où il y a acte il y a aussi puissance. Car si la ligne en acte est dans le genre de la quantité, elle est aussi en puissance dans ce même genre. Ce n'est pas de cette puissance que nous voulons parler pour le moment. La puissance se prend dans un autre sens suivant qu'elle est le principe de transmutation d'une chose comme telle, ou le principe de transmutation d'un état en un autre. Il faut remarquer que de même qu'un agent artificiel a besoin d'un instrument pour agir, et ne peut à raison des bornes de sa force avoir en même temps ce qui en lui et dans l'instrument est nécessaire pour agir, ainsi nulle substance créée ne peut être par soi un principe suffisant d'action et d'être; c'est pourquoi il faut en elle un autre principe qui ait immédiatement trait à l'opération, et c'est ce principe que nous appelons puissance. S'il est actif comme sont les puissances nutritives dans l'être animé, il est appelé puissance active, laquelle est le principe de transmutation d'une chose en tant que telle. Et j'en dis en tant que telle, car rien ne peut être en même temps actif et passif à l'égard d'une même chose. Si, au contraire, ce principe est passif, comme sont les puissances sensibles dans l'animal, il est alors le principe de transmutation d'une chose en tant qu'elle est autre chose; à cette espèce de la qualité appartiennent le dur, le mou, l'athlète, le coureur et autres choses semblables. De sorte que l'athlète n'est pas pris de l'art du pugilat, parce que alors il seroit dans la première espèce de la qualité, mais bien pour la puissance naturelle; telle est la seconde espèce de la qualité.

---

quod potentia potest sumi dupliciter. Uno modo, ut est de transcendentibus. Potentia enim et actus dividunt omne ens, ut patet V. *Metaph.*, et in eo genere in quo est actus, est etiam potentia; nam si linea in actu est in genere quantitatis, et sic linea in potentia est in eodem genere; de tali autem potentia non loquimur modo. Alio modo sumitur potentia, prout est principium transmutandi aliud in quantum aliud, vel quod est principium transmutandi ab alio, in quantum aliud. Notandum, quod sicut agens artificiale requirit instrumentum per quod agat, et propter limitationem suæ virtutis non potest habere simul illud quod est in ipso, et in instrumento necessarium ad agendum, ita et nulla substantia creata potest esse per se sufficiens principium ad agendum et essendum: unde requiritur aliud principium in ea, quod immediate se habeat ad operationem, et hoc principium dicimus potentiam; quod quidem si activum est, sicut sunt potentie nutritive in animato, dicitur potentia activa, quæ est principium transmutandi aliud, in quantum est aliud; et dico, in quantum aliud, quia nihil simul potest esse activum et passivum respectu ejusdem. Unde si potentia activa est principium transmutandi, non erit principium transmutandi se, sed aliud in quantum aliud. Si vero tale principium sit passivum, ut sunt potentie sensitive in animali, tunc est principium transmutandi ab alio in quantum est aliud, et ad hanc speciem qualitatis pertinet durum et molle, pugillator et cursor, et hujusmodi. Ita quod non sumitur pugillator ab arte pugillandi, quia sic esset in prima specie qualitatis, sed pro potentia naturali, et sic patet de secunda specie qualitatis.



## CHAPITRE IV.

*De la troisième espèce de la qualité, qui est la passion ou la qualité passible.*

La troisième espèce de la qualité s'appelle passion, ou qualité passible. Il faut observer que la passion, étant dans le mouvement, est un des dix prédicaments, et de cette manière elle n'est pas prise pour une passion, mais elle est appelée passion ou qualité passible, parce qu'elle est occasionnée par quelque passion prise dans le premier sens, ou parce qu'elle en produit quelqu'une. Par exemple, la chaleur et le froid sont appelés des qualités passibles, parce qu'ils produisent dans le sens du tact une certaine passion. Mais la blancheur et la noirceur sont appelées qualités passibles, parce qu'elles sont produites par quelques passions accidentelles. En effet, les Ethiopiens sont noirs à cause de l'intensité de la chaleur qui agit sur leurs corps, et les Germains sont blancs à raison du froid, quoiqu'on puisse appeler qualités passibles la blancheur et la noirceur, parce qu'elles produisent une passion dans le sens de la vue, car voir c'est supporter quelque chose. Sur quoi il faut observer que, bien que certains êtres ne soient pas constitués quant à l'espèce par quelque chose d'extrinsèque, ce n'est pas de leur essence et ils sont distingués par eux-mêmes, comme on le voit dans les choses simples. La blancheur, en effet, se distingue réellement par elle-même de la noirceur ou de toute autre partie intrinsèque à elle-même, comme l'homme se distingue du cheval et réciproquement par leurs formes; car rien d'extrinsèque, qui soit un caractère de l'essence de la chose, ne constitue ou ne distingue spécifiquement une chose d'une autre. Rien néanmoins n'empêche que quelquefois certaines choses soient distinguées par des causes extrinsèques.

## CAPUT IV.

*De tertia specie qualitatis quæ est passio vel passibilis qualitas.*

Tertia vero species qualitatis dicitur passio vel passibilis qualitas. Notandum, quod passio, ut est in motu, est unum de decem prædicamentis, et sic non sumitur hic passio, sed dicitur passio, vel passibilis qualitas, quia infertur per aliquam passionem primo modo sumptam, vel quia infertur aliquam passionem. Verbi gratia: Calor et frigus dicuntur passibiles qualitates, eo quod inferunt sensui tactus aliquam passionem; sed albedo et nigredo dicuntur passibiles qualitates, quia generantur ex aliquibus passionibus illatis. Propter enim magnum æstum agentem in

corpora Æthiopum, Æthiopes sunt nigri, Germani sunt albi propter frigus, licet etiam albedo et nigredo possint dici passibiles qualitates, eo quod inferunt passionem sensui visus: videre enim est quoddam pati. Ubi nota, quod licet quædam entia absoluta non habeant speciem ab aliquo extrinseco, quod non est de essentia eorum, et quod distinguantur se ipsis, ut patet in simplicibus. (Albedo enim se ipsa distinguitur realiter a nigredine, vel ab aliqua parte intrinseca sui, sicut homo distinguitur ab equo, et e contrario per formas eorum. Nihil enim extrinsecum quod nota est de essentia rei, constituit vel distinguit aliud ab alio specifico) tamen nihil prohibet, quin aliquando aliqua distinguantur causis extrinsecis, scilicet finali et

ques, savoir par la cause finale ou efficiente. Comme nous disons que les puissances sont distinguées par les actes comme par des fins, et les actes par les objets, comme par les causes efficientes, et quoique de cette manière les choses extrinsèques qui opèrent la distinction ne soient pas de l'essence des choses distinguées, néanmoins leur raison spécifique se connoît par ces distinctions. En effet, la puissance est définie par les actes, parce qu'elle est un principe de transmutation, ainsi qu'il a été dit, comme par la manifestation de sa raison spécifique, et les actes sont définis par les objets, ainsi que nous le disons, parce que voir c'est avoir la vue mue par la couleur. Il en est ainsi dans l'exemple proposé. Quoique, en effet, la passion et la qualité passible, comme formes simples, soient par elles-mêmes dans l'être spécifique, certaines néanmoins sont définies par les actes comme par des fins, parce qu'elles doivent produire la passion dans le sens, quelquefois, il est vrai, par les causes efficientes, parce qu'elles doivent être produites par les passions. Or la passion et la qualité passible diffèrent en ce que la passion passe vite; comme la rougeur produite par la pudeur, et la pâleur qui provient de la crainte sont appelées passions, parce qu'elles passent vite; on n'appelle pas rouge ou pâle dans la langue grecque à raison de cette rougeur ou de cette pâleur, quoique peut-être il n'en soit pas ainsi dans la nôtre, mais dans le moment présent on appelle rouge celui qui est sous l'impression de la honte, et pâle celui qui éprouve de la crainte; et comme la colère, l'amour, la haine et autres sentiments semblables, qu'Aristote appelle des passions, se produisent avec quelque passion et une certaine transmutation du corps et durent peu, elles sont classées dans cette catégorie de passions. On appelle, au contraire, qualité passible celle qui ne passe pas rapidement, comme il a été dit du froid et de la chaleur. Mais si la colère, l'amour, la haine et tout ce qu'Aristote appelle pas-

efficiente. Sicut dicimus quod potentia distinguuntur per actus tanquam per fines et actus distinguuntur per objecta tanquam per causas efficientes, et licet hoc modo extrinseca distinguentia non sint de essentia distinctorum, tamen per tales distinctiones cognoscitur ratio specifica eorum; per actus enim diffinitur potentia, quia est principium transmutandi, ut dictum est, sicut per manifestationem suæ rationis specificæ, et per objecta diffiniuntur actus, sicut dicimus, quod videre est visum moveri a colore; sic est in proposito. Licet enim passio et passibilis qualitas, ut formæ simplices, se ipsis sint in esse specifico, tamen quædam diffiniuntur per actus sicut per fines, quia scilicet habent causare passionem in sensu, quandoque vero per causas

efficientes, quia scilicet habent causari ex passionibus. Differunt autem passio et passibilis qualitas, quia passio cito transit, sicut rubedo, quæ fit ex verecundia, et palliditas, quæ fit ex timore, dicuntur passionibus, quia cito transeunt, nec per talem rubedinem vel palliditatem in lingua græca denominantur rubei vel pallidi, licet forte non sic in lingua nostra, sed pro nunc denominatur verecundans rubeus et timens pallidus, et quia ita amor, et odium, et hujusmodi, quæ omnia Philosophus, II. *Ethic.*, passionibus vocat, fiunt cum aliqua passione et transmutatione corporis et parum durant, sub istis passionibus computantur. Passibilis vero qualitas dicitur, quæ non cito transit, sicut dictum est de frigore et calore. Si vero ira, amor, odium

sions relativement à l'ame, duroient longtemps, on les nommeroit qualités passibles.

## CHAPITRE V.

*De la quatrième espèce de la qualité, qui est la forme, ou la figure constante dans une chose.*

La quatrième espèce de la qualité est la forme ou figure constante d'une chose. Il faut savoir que la forme peut se prendre de deux manières. La première comme un acte, et ainsi elle appartient aux transcendants, parce qu'elle se trouve dans plusieurs prédicaments. La forme est encore des transcendants, parce qu'elle se trouve dans le prédicament de la substance, de la quantité et de la qualité et autres, et ce n'est pas dans ce sens qu'elle se prend ici. Pour comprendre ce qui provient ici de la forme, occupons-nous d'abord de la figure qui nous est plus connue. Sur ce il faut savoir, qu'ainsi qu'il a été dit plus haut, le propre de tout le prédicament de la quantité est l'affirmation de l'égalité ou de l'inégalité à son égard. D'où elle-même d'abord, et secondairement toute chose est affectée de grandeur. La raison de cela c'est que l'on appelle le propre d'une chose ce qui est produit immédiatement par les principes de son essence; mais comme, eu supposant deux quantités de même espèce, il s'ensuit immédiatement qu'elles sont égales ou inégales, cette conséquence se manifeste comme l'effet immédiat des principes essentiels. Donc l'égalité ou l'inégalité de la quantité, à quelque degré qu'elles se produisent dans le genre de la relation, sont néanmoins le propre de la quantité. Il en est donc ainsi de la figure par rapport à la quantité continue ayant une position, telles que la ligne, la surface, le corps et le lieu. Car il est de la ligne d'être droite, courbée; de la surface d'être triangulaire, quadrangulaire, ainsi de suite; du corps d'être pyramidal, cubique

et hæc quæ hic Philosophus passiones secundum animam vocat, diu durarent, passibiles qualitates dicerentur.

### CAPUT V.

*De quarta specie qualitatis, quæ est forma, vel circa aliquid constans figura.*

Quarta vero species qualitatis est forma vel circa aliquid constans figura. Sciendum quod forma potest sumi dupliciter. Uno modo, ut est actus quidam, et sic est de transcendentibus, quia in pluribus prædicamentis invenitur; ideo etiam forma est de transcendentibus, quia invenitur in prædicamento substantiæ, quantitatis et qualitatis, et hujusmodi, et isto modo non sumitur forma hic. Ad videndum quid importatur hic per formam, primo videamus de figura, quæ est nobis magis nota. Unde sciendum, quod ut supra dictum est, pro-

prium totius prædicamenti quantitatis est secundum eam æquale vel inæquale dici: unde ipsa primo vel secundario omnis res quanta est. Ratio est, quia illud dicitur esse proprium alicujus, quod immediate causatur a principiis suæ essentiæ; sed quia positus duabus quantitibus ejusdem speciei, statim sequitur, quod sunt æquales vel inæquales, hoc statim sequitur tanquam immediate causatum ex principiis essentialibus; quantitatis ergo æquale et inæquale quantumcumque sint in genere relationis, tamen sunt proprium quantitatis. Sic ergo se habet figura respectu quantitatis continuæ habentis positionem, cujusmodi sunt linea, superficies, et corpus, et locus. Nam ad lineam sequitur rectum vel curvum. Ad superficiem sequitur triangulare et quadrangulare, et hujusmodi. Ad corpus sequitur pyramidale,

et ainsi de suite ; pour le lieu pris matériellement, sa figure change suivant ce qu'il contient. Or, toutes ces choses sont des figures qui appartiennent à la quatrième espèce de la qualité. Car la figure n'est pas une quantité, mais une qualité produite immédiatement par les espèces ci-dessus de la quantité. C'est pour cela que la figure nous fait mieux connoître la substance tant individuelle que spécifique, que tout autre accident. Or, la quantité, quoique le fondement des autres accidents, suit néanmoins la matière, et comme la matière par elle-même n'est pas une cause de cognition, mais bien la seule forme, il s'ensuit que la quantité ne nous fait pas bien connoître la substance où elle se trouve. Mais comme la figure est quelque chose de formel, et comme la forme a trait d'une manière absolue et immédiate à la quantité qui ne peut être complétée par elle-même, ainsi qu'il a été dit, ce qui n'a pas lieu pour les autres espèces de la quantité, il en résulte que la figure nous fait plus parfaitement connoître la substance, comme on le voit clairement dans les figures sculptées des hommes et des animaux ; tel est ce qui concerne la figure ; pour ce qui est de la forme dans le sens où elle est prise ici, elle diffère de la figure, quoiqu'elles appartiennent l'une et l'autre au même genre. Car, ainsi que nous l'avons dit, la figure suit la quantité continue ayant une position, tandis que la forme suit l'âme dans certains sacrements. En effet, il y a un caractère imprimé dans l'essence de l'âme par la réception de certains sacrements, lequel sert à distinguer ceux qui ont reçu et ceux qui n'ont pas reçu ce sacrement ; ainsi la forme qui est dans la quatrième espèce de la qualité, ne pourroit pas être appelée figure, parce qu'il n'y a pas de quantité continue. Il en est néanmoins qui disent que toute figure peut être appelée forme, et que ces deux choses sont comme synonymes.

cubicum et hujusmodi. Ad locum materialiter sumptum sequitur variatio figuræ secundum variationem contenti ; omnia autem prædicta figuræ sunt, quæ sunt in quarta specie qualitatis. Non enim figura est quantitas, sed qualitas immediate causata a prædictis speciebus quantitatis ; et inde est quod figura magis ducit nos in cognitionem substantiæ tam individualis quam specificæ, quam aliquod aliud accidens. Quantitas autem licet sit fundamentum aliorum accidentium, tamen sequitur materiam, et quia materia de se non est causa cognitionis, sed sola forma ; ideo quantitas non bene ducit nos in cognitionem substantiæ in qua est. Sed quia figura est tanquam quid formale, et forma absolute se habet immediate ad quantitatem, a qua non potest absolvi quantitas, ut dictum est, quod non est sic de aliis speciebus

quantitatis ; ideo figura perfectius ducit in cognitionem substantiæ, ut clare patet de figuris animalium vel hominum sculptis, et sic patet de figura ; forma autem, ut hic sumitur, differt a figura, licet ad idem genus reducantur. Figura enim, ut dictum est, sequitur quantitatem continuam habentem positionem, forma vero sequitur animam habentem aliqua sacramenta. Character enim impressus est in essentia animæ ex receptione aliquorum sacramentorum, quod est signum distinctionum inter habentes illud sacramentum et non habentes ; sic forma quæ est in quarta specie qualitatis, non posset dici figura, quia ibi non est quantitas continua. Licet aliqui dicant, quod omnis figura etiam forma dici possit, et quod sint sicut synonyma.

## CHAPITRE VI.

*De la qualité et de ses conditions d'après ses trois modes.*

*Quel* vient de qualité. Pour comprendre ceci il faut savoir que dans tous les prédicaments il y a deux modes d'intellection et de signification, l'un abstrait et l'autre concret. Car tout ce que nous concevons ou connoissons *ut quo est*, est habitude, ou, *ut quod est*, est l'être qui en est revêtu. En effet, l'humanité se comprend comme une chose par quoi est quelque chose, c'est par l'humanité que l'homme est homme. Il en est de même de la blancheur; en effet, c'est par la blancheur qu'une chose est blanche, et l'homme et la blancheur se conçoivent *ut quod est*, et comme ayant l'humanité et comme ayant la blancheur. Le *quale* s'explique ainsi: le *quale* est ce qui est dénommé suivant la qualité. Il faut savoir que logiquement blanc est dénommé par la blancheur, mais non *vice versa*, car les choses vraiment dénominatives doivent avoir trois propriétés, la première c'est de s'accorder dans les termes avec la chose qui les dénomme, comme dans le principe, la seconde de différer dans la fin, la troisième de signifier la même chose, l'une cependant *ut quo aliquid est*, l'autre *ut quod est*, et comme possédant, ainsi qu'il y a lieu pour la blancheur. En effet, blancheur et blanc s'accordent dans le principe quant au terme, et diffèrent à la fin, et signifient la même chose, quoique de différentes manières. Il faut savoir que certaines choses *qualia* possèdent parfaitement ces trois propriétés, comme blanc, et d'autres qui diffèrent des choses qui les dénomment dans la signification, comme coureur, athlète, en tant qu'elles sont dans la seconde espèce de la qualité. En effet, le coureur et l'athlète sont dénommés par la course et le pugilat et non par la puissance, car une telle puissance n'a pas

## CAPUT VI.

*De qualitate et conditionibus ejusdem ex tribus modis ejus.*

Quale autem sumitur a qualitate. Ad quod intelligendum sciendum est, quod omnium prædicamentorum duplex est modus intelligendi vel significandi, scilicet abstractus et concretus. Omne enim quod intelligimus vel cognoscimus, ut quo est, est habitum; vel ut quod est, est habens. Humanitas enim intelligitur ut quo est aliquid; humanitate enim homo est homo. Similiter se habet de albedine; albedine enim aliquid est album, homo vero, et album intelligitur ut quod est, et ut habens humanitatem et ut habens albedinem. De scribitur autem quale sic. Quale est, quod secundum qualitatem denominatur.

Sciendum enim logicum album denominatur ab albedine et non e converso; nam vere denominativa tria debent habere. Primo, quod convenient in voce cum eo a quo denominantur. scilicet in principio. Secundo, quod differant in fine. Tertio, quod idem significant, unum tamen ut quo aliquid est et alterum ut quod est et ut habens, sicut se habet de albedine et albo. Conveniunt enim albedo et album in principio quantum ad vocem, et differunt in fine vocis, et significant idem, licet diversis modis. Sciendum, quod quædam sunt qualia quæ omnia ista tria perfecte habent, ut album; quædam vero sunt qualia quæ differunt ab his, a quibus denominantur in significatione, sicut cursor et pugilator, prout sunt in secunda specie qualitatis. Cursor enim et pugilator denominantur

de nom, ou ils sont dénommés par la course et le combat qui ne sont pas dans la seconde espèce de la qualité, c'est pour cela qu'ils ne s'accordent pas dans la signification avec les choses qui servent à les dénommer. Il est d'autres *qualia* qui sont appelés dénominatifs, lesquels ne s'accordent avec les choses qui les dénomment, ni dans le terme, ni dans le principe, ni dans la fin, ni dans la signification, comme quand on dit studieux à raison de la vertu. Ainsi ces deux derniers modes du *qualis* sont appelés diminutifs, parce qu'ils ne se disent pas dénominativement d'une manière parfaite; voilà ce qui regarde la qualité.

## CHAPITRE VII.

### *Des communautés et des propriétés de la qualité.*

Il y a contrariété dans la qualité, mais non dans toute. Nous avons dit dans le prédicament de la substance comment il faut entendre ceci. Or, Aristote dit que l'on doute si la qualité prend le plus et le moins, mais il n'en est pas de même du *qualis*, car on doute si la justice est quelque chose de plus ou de moins, mais on n'a pas ce doute sur le juste, qui est appelé *justior* ou plus juste. Nous avons dit au même endroit comment il faut l'entendre. Le propre de la qualité consiste à être dit par rapport à elle semblable ou dissemblable, ce que nous avons expliqué dans le prédicament de la quantité, etc.

ab arte currendi et pugilandi, et non a potentia, quia non est nomen impositum tali potentiae. Vel dicuntur denominative a cursu et pugna, quæ non sunt in secunda specie qualitatis, et ideo non conveniunt in significatione cum his a quibus denominantur. Aliqua vero qualia dicuntur denominativa, quæ cum his a quibus denominantur, nullo modo conveniunt nec in voce, nec in principio, nec in fine, nec in significatione, ut a virtute dicitur studiosus. Et sic prædicti duo ultimi modi qualis, diminute dicuntur, quia non dicuntur perfecte denominative, et sic patet de qualitate.

## CAPUT VII.

### *De comunitatibus et proprietatibus qualitatis.*

Inest autem qualitati contrarietas, licet non omni, quod qualiter intelligatur, dictum est in prædicamento substantiæ. Dicit autem Philosophus, quod dubitatur, utrum qualitas suscipiat magis, et minus, non autem dubitatur de quali, nam dubitatur utrum justitia sit magis, vel minus, non autem utrum justus, quia dicitur justior, seu magis justus, quod qualiter intelligatur, ibidem dictum est. Proprium vero qualitatis est secundum eam simile, vel dissimile dici, quod in prædicamento quantitatis declaratum est, et sic patet, etc.

## TRAITÉ V.

DU PRÉDICAMENT AD ALIQUID.

## CHAPITRE PREMIER.

*Ce qu'est ad aliquid, suivant l'intention logique.*

Après avoir traité des prédicaments absolus, il faut parler des prédicaments relatifs, et d'abord de la relation. Il faut observer que, comme la relation a peu de chose de l'entité, Aristote ne s'en occupe pas, mais seulement des relatifs qui, à raison de leur concrétion, sont susceptibles d'être mieux connus de nous, car il les appelle relatifs à quelque chose et les définit ainsi : *Ad aliquid talia dicuntur, quæcumque hoc ipsum quod sunt, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud.* Pour comprendre cette définition il faut savoir qu'il y a certaines choses relatives suivant l'attribution, d'autres suivant l'être; d'autres sont relatives réellement, d'autres suivant la raison. On appelle relative suivant l'attribution les choses qui disent de l'objet principal qu'elles signifient ce qui concerne un autre prédicament, et secondairement la relation ou le rapport. Comme la science dit l'habitude de l'ame du principal sujet qu'elle désigne, et elle se trouve ainsi dans la première espèce de la qualité; secondairement, elle dit le rapport à ce qui est susceptible d'être appris, et les sens relativement au sensible, c'est une certaine puissance dans la seconde espèce de la qualité, tels sont les relatifs suivant la signification. Les relatifs suivant l'être sont ceux qui à l'égard de l'objet principal qu'elles désignent signifient le rapport à un autre. Les relatifs réels sont ceux qui doivent réellement être rapportés par tout acte circonscrit de

## TRACTATUS V.

DE PRÆDICAMENTO AD ALIQUID.

## CAPUT I.

*Quid sit ad aliquid secundum intentionem logicam.*

Dicto de prædicamentis absolutis, dicendum est de respectivis. Et primo de relatione. Notandum, quod quia relatio parum habet de entitate, ideo de ipsa non tractat Philosophus, sed solum de relativis, quæ propter concretionem magis a nobis possunt cognosci, vocat enim relativa ad aliquid, et diffinit ea sic. Ad aliquid talia dicuntur, quæcumque hoc ipsum quod sunt, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Ad intelligentiam hujus diffinitionis sciendum, quod quædam sunt relativa secun-

dum dici, quædam secundum esse, quædam sunt relativa realia, quædam vero secundum rationem. Relativa secundum dici ea dicuntur, quæ de suo principali significato dicunt rem alterius prædicamenti, secundario autem dicunt relationem, seu dicunt respectum, sicut scientia de suo principali signato dicit habitum animæ, et sic est in prima specie qualitatis, secundario autem dicit respectum ad scibile, et sensus ad sensibile, quæ est quædam potentia in secunda specie qualitatis, et talia sunt relativa secundum dici. Relativa vero secundum esse sunt quæ de suo principali significato significant respectum ad alium. Relativa realia sunt, quæ habent referri realiter cir-

l'intelligence, comme le père, le fils. En effet, le père est rapporté au fils, et le fils au père par tout acte circonscrit de l'intelligence, parce que le père a réellement engendré le fils, et le fils a réellement été engendré par le père. Il faut observer que, pour que la relation soit réelle, cinq choses sont requises, deux du côté du sujet, deux du côté du terme, et une du côté des choses qui sont l'objet de la relation. Et d'abord du côté du sujet, il faut que la relation suppose quelque fondement réel en ce qui lui appartient comme sujet. Ainsi le non-être ne peut pas avoir de relation réelle. La seconde chose du côté du sujet, c'est qu'il y ait en lui une raison fondamentale, cause et motif de la relation, de sorte que l'objet de la relation renferme quelque chose de réel, comme le moteur dans ce qu'il fait mouvoir renferme une puissance active en vertu de laquelle il peut agir. D'où il suit qu'à raison du défaut de cette condition la chose comprise n'est pas rapportée réellement à celui qui comprend, parce que la chose comprise en ce qui le concerne est dénommée par l'acte de l'intellection qui ne met réellement rien dans la chose comprise, mais bien dans celui qui comprend. La troisième chose requise, la première du côté du terme, c'est que le terme qui est l'objet de la relation soit une chose quelconque. La quatrième, c'est que le terme soit réellement différent d'un autre corrélatif, car il n'y a pas de relation réelle d'une chose à elle-même. La cinquième, qui regarde les corrélatifs, c'est qu'ils soient du même ordre, c'est-à-dire qu'ils soient tous deux limités au genre et à l'espèce, ou qu'ils soient l'un et l'autre hors du genre, de sorte que la raison du genre et de l'espèce réponde également à tous deux. Quelle que soit celle de ces conditions qui manque dans tout relatif, il n'y aura pas de relatif réel, mais seulement un relatif de raison. C'est pourquoi il n'y a pas de relation réelle de Dieu à la creature,

cumscripto omni actu intellectus, ut pater, et filius. Circumscripto enim omni actu intellectus, pater refertur ad filium, et filius ad patrem, quia realiter pater genuit filium, et filius a patre fuit genitus. Notandum, quod ad hoc ut relatio sit realis, quinque requiruntur, duo ex parte subjecti, duo ex parte termini, et unum ex parte relatorum. Primum ex parte subjecti est, quod relatio supponat aliquod fundamentum reale in eo, cujus est ut subjecti, unde non entis non potest esse relatio realis. Secundum ex parte subjecti est, quod in eo sit ratio fundamentalis quare referatur, ut videlicet illud secundi quod dicitur referri, includat aliquod reale, sicut movens in eo quod movet, includit potentiam activam secundum quam potest agere, unde propter defectum hujus conditionis res intellecta non

refertur realiter ad intelligentem, quia res intellecta in eo, quod hujus, denominatur ab actu intelligendi, qui nihil secundum rem ponit in re intellecta, sed solum in intelligente. Tertium quod requiritur, est primum ex parte termini, est, quod terminus ad quem est relatio; sit res quædam. Quartum est, quod terminus sit diversus realiter ab alio corrélativo, quia ejusdem ad se ipsum non est relatio realis. Quintum autem, quod ratio ex parte corrélativorum est, quod sint ejusdem ordinis, ita videlicet quod ambo sint limitata ad genus, et speciem, vel ambo sint extra genus, ita quod ex æquo respondeat eis ratio generis, aut speciei. Quacunque autem harum conditionum non existente in quocunque relativo, non erit relativum reale, sed secundum rationem, unde Dei ad creaturam non est



parce que tout ce qui est en Dieu n'est pas dans le genre de relation. D'où il résulte que, bien que Dieu soit réellement le maître de toutes les créatures, et les créatures ses sujettes, néanmoins le *maître* n'est pas en Dieu un relatif réel, parce que ce domaine n'est pas dans le genre de la relation *ex æquo* comme l'espèce opposée correspondante à la servitude de la créature. Il a été traité fort au long des autres quatre conditions. Il faut remarquer que le domaine du côté de Dieu est quelque chose d'infini, à quoi ne peut pas correspondre d'une manière adéquate la servitude de la créature qui est bornée. Or, l'infini ne correspond pas au fini, parce qu'il est plus étendu. Donc le domaine de Dieu est une relation de raison, tandis que la servitude de la créature est bien une relation réelle; ainsi s'explique ce qui regarde les corrélatifs mentionnés plus haut. En effet, la formule renferme tous les relatifs, tant les relatifs suivant l'attribution, que les relatifs suivant l'être, les relatifs réels comme les relatifs de raison. Car ils sont tous dits *ad alia*, c'est-à-dire aux corrélatifs, soit dans l'habitude du cas appelé génitif, comme le père est père du fils, soit de toute autre manière, c'est-à-dire dans l'habitude de toute espèce de cas, comme le semblable est semblable au semblable, soit du génitif, comme une grande montagne relativement à une petite, soit de l'ablatif, comme le supérieur est plus grand que le supérieur. Telle est la première définition.

## CHAPITRE II.

*De la seconde définition des relatifs qui convient aux relatifs suivant l'être, et aux relatifs réels.*

Voici secondement la définition de *ad aliquid*. On appelle *ad aliquid* les choses dont l'être est de se rapporter en quelque manière à une autre chose. Cette définition ne convient qu'aux relatifs suivant

relatio realis, quia quicquid est in Deo, non est in genere relationis. Unde licet Deus realiter sit dominus creaturæ; et creatura realiter serva, tamen dominus non est in Deo relativum reale, quia illud dominium non est in genere relationis ex æquo ut opposita species servituti creaturæ correspondens. De aliis quatuor conditionibus jam exemplificatum est. Notandum, quod dominium ex parte Dei est quid infinitum, cui non adæquatur ut possit correspondere servitus creaturæ, quæ est finita, infinitum autem non correspondet finito, quia plus habet. Dominium ergo Dei est relatio rationis, servitus vero creaturæ est relatio realis, ex his patet descriptio relativorum supra posita. Nam ipsa comprehendit omnia relativa tam secundum dici quam se-

cundum esse, tam relativa realia, quam relativa rationis. Omnia namque dicuntur ad alia, scilicet ad correlativa, vel in habitudine casus genitivi, propter quod dicit, aliorum dicuntur, ut pater filii pater, sive quomodolibet aliter, id est, in habitudine cujuscunque casus, sive dicti, ut similis simili similis, sive accusativi, ut mons magnus ad parvum montem, sive ablativi, ut majus majore majus, et sic patet prima diffinitio.

### CAPUT II.

*De secunda diffinitione relativorum, quæ convenit relativis secundum esse, et realibus.*

Diffinitur secundo. Ad aliquid sic. Ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum est esse, ad aliud quodammodo se habere, hæc diffini-

l'être, et aux relatifs réels. Car leur être consiste à se rapporter à une autre chose. Il faut remarquer que pour constituer une relation deux choses sont requises, l'une comme fondement, l'autre comme terme, sans lesquelles la relation non-seulement ne pourroit pas exister, mais ne pourroit pas même être conçue. Par exemple : La similitude demande deux objets blancs réels, dont l'un est fondement et l'autre terme. En effet, la ressemblance de Socrate blanc avec Platon blanc est dans la blancheur de Socrate en fondement, et comme en terme dans la blancheur de Platon. Il en est réciproquement de même de la ressemblance de Platon avec Socrate, car dans deux choses semblables il y a deux ressemblances, l'une comme le fondement de l'autre, et comme terme de l'autre, il en est ainsi réciproquement de la seconde. Or, quand je dis que la ressemblance de Socrate a sa blancheur comme fondement, il ne faut pas entendre que la ressemblance de Socrate soit en lui quelque chose de différent de la blancheur elle-même ; ce n'est que la blancheur en tant qu'elle se rapporte à la blancheur de Platon comme au terme. Si, en effet, la similitude ajoutoit quelque chose à la blancheur de Socrate, personne ne pourroit ressembler à un autre sans subir un changement dans sa personne ; or on peut ressembler à un autre sans subir aucun changement, la chose est évidente, car si un Indien devenoit blanc, il deviendroit semblable à moi, et moi à lui, sans éprouver aucun changement. En effet, la similitude n'ajoute en moi à la blancheur rien qui y soit réellement, comme on le voit évidemment.

tio convenit solum relativis secundum esse, et realibus, eorum namque esse est ad aliud se habere. Notandum, quod ad constitutionem relationis duo requiruntur. Unum ut fundamentum, aliud ut terminus, sive quibus relatio non solum non posset esse, sed etiam non posset intelligi. Verbi gratia. Similitudo requirit duo alba realia, quorum unum est fundamentum, alterum terminus. Similitudo enim Sortis albi ad Platonem album, in albedine Sortis est ut in fundamento, in albedine vero Platonis est ut in termino. E converse se habet de similitudine Platonis ad Sortem, semper enim in duobus similibus sunt duæ similitudines. Una unius ut fundamentum, et alterius ut

terminus, et alia est e converso : cum autem dico, quod similitudo Sortis habet albedinem ejus ut fundamentum, non est intelligendum, quod similitudo Sortis sit aliqua res in Sorte alia ab ipsa albedine, sed solum est ipsa albedo, ut se habet ad albedinem Platonis ut ad terminum. Si enim similitudo adderet supra albedinem Sortis aliquam rem, nullo modo posset aliquis alicui fieri similis sine sui mutatione ; fit autem homo similis alicui sine sui mutatione, ut patet ; nam si quis in India fieret modo albus, fieret similis mihi, et ego sibi, nulla in me facta mutatione. Similitudo enim in me nullam rem addit supra albedinem, quæ realiter sit in me, ut patet.

## CHAPITRE III.

*Que la relation ne diffère de son fondement que par la réalité extrinsèque.*

Il se produit ici un doute. En effet, les dix prédicaments étant dix genres de choses réellement différents entre eux, si la relation n'ajoute rien au fondement, il s'ensuivra qu'elle n'est pas différente du fondement, et de cette manière la similitude et la blancheur ne seront pas dans un fondement différent, ce qui est complètement faux. Il faut dire que la division de l'être en dix prédicaments est une division en dix choses différentes réellement, ou quant à ce qu'ils signifient différentes choses intrinsèquement et réellement, comme la substance, la quantité, la qualité qui se comparent entre elles comme choses différentes, ou quant à ce qu'ils signifient diverses choses extrinsèquement, parce que l'un importe une chose différente qui est étrangère au reste, et ainsi la relation diffère de son fondement parce qu'elle importe une opposition de relatif. En effet, de même que nous disons que le tout est différent de sa partie, non pas comme une chose d'une autre, mais comme quelque chose qui importe plus que la partie, car l'homme diffère de l'ame, parce qu'il importe la matière, ce que ne fait pas l'ame, ainsi la relation diffère de son fondement, parce qu'elle signifie une chose de fondement, et un terme opposé que n'exprime pas le fondement. Tel est l'exposé de la seconde définition des relatifs. Si, en effet, le véritable être des relatifs consiste en cela qu'ils importent quelque chose comme fondement et quelque chose de plus, savoir un terme, il s'ensuit que leur être consiste dans des rapports *ad aliud*.

## CAPUT III.

*Quod relatio differt a suo fundamento realitate extrinseca solum.*

Sed hic oritur dubium. Cum enim decem prædicamenta sint decem genera rerum inter se realiter differentia, si relatio nullam rem addit supra fundamentum, ergo non erit alia res a fundamento, et sic non erit in alio genere similitudo, quam albedo quod, omnino falsum est. Dicendum, quod divisio entis in decem prædicamenta est divisio in decem diversa secundum rem, vel quantum ad hoc, quod dicunt diversas res intrinsece, et realiter, sicut substantia, quantitas, et qualitas, quæ comparata ad invicem, sicut diversæ res; vel in quantum dicunt diversas res extrinsece, quia unum

importat aliquam rem diversam, quam non importat reliquum, et sic relatio differt a suo fundamento, quia importat oppositum relativi. Sicut enim dicimus, quod totum differt a sua parte, non sicut res a re, sed sicut illud quod importat plus quam pars (homo enim differt ab anima, quia importat materiam, quam non importat anima), sic relatio differt a suo fundamento, quia relatio dicit rem fundamenti, et oppositum terminum quam non dicit fundamentum. Ex his patet secunda diffinitio relativorum. Si enim verum esse relativorum in hoc consistit, scilicet quod importat aliquid ut fundamentum, et aliquid ultra, scilicet terminum, esse ergo eorum est ad aliud se habere.

## CHAPITRE IV.

*Que l'entité des relatifs se tire des fondements.*

Et comme l'entité des relatifs vient en quelque sorte toute des fondements, il faut donc examiner en quoi la relation peut se fonder. Il faut observer, ainsi qu'on le dit communément, que les relatifs se fondent sur trois choses, savoir, l'action et la passion, la mesure et l'objet mesuré, et l'unité; rien néanmoins n'empêche que la relation ne puisse se fonder immédiatement sur la substance, puisque la matière selon son essence et non pas quelque chose qui lui soit ajouté se rapporte à la forme, et de même la créature au Créateur; mais communément la relation est fondée sur les trois choses que nous venons de dire. En effet, le fondement de la paternité est une action, c'est-à-dire la génération par laquelle un homme engendre un fils; et le fondement de la filiation est une passion ou une génération passive, par laquelle un être est engendré. Il en est de même du maître et du serviteur. D'autre part le double, la moitié, le triple, le quadruple, ainsi de suite sont fondés sur la mesure et sur l'objet mesuré. Il en est de même de la relation qui existe entre le sens et le sensible, la science et son objet, laquelle est fondée sur la mesure et l'objet mesuré. En effet, l'objet de la science se rapporte à la science, ce qui est sensible au sens comme la mesure à l'objet mesuré. Dans la substance c'est sur l'unité qu'est fondée l'identité, de même que l'égalité dans la quantité, et la similitude dans la qualité, ainsi qu'il a été dit, c'est pourquoi on peut établir diverses espèces de relatifs suivant ces divers fondements. On peut aussi assigner différemment leurs espèces, sur la position, par exemple, comme le père et le maître, sur la supposition, comme le fils et le serviteur, sur l'équivalent, comme égal et semblable, etc.

## CAPUT IV.

*Quod entitas relativorum sumitur a fundamentis.*

Et quia entitas relativorum quasi tota est a fundamentis, ideo videndum est in quibus possit relatio fundari. Notandum quod ut communiter dicitur, relativa fundantur in tribus, scilicet in actione et passione, in mensura et mensurato, et in uno, nihil tamen obstat quin relatio non possit fundari immediate in substantia, cum materia secundum suam essentiam non per aliquid sibi additum referatur ad formam, et creatura similiter ad creatorem, sed communiter relatio in tribus prædictis fundatur. Fundamentum enim paternitatis est actio, scilicet generatio qua quis genuit filium, et fundamentum filiationis est pas-

sio, scilicet generatio passiva, qua quis genitus est, et similiter se habet de domino, et servo. Duplum vero, et dimidium, et triplum, et subtriplum, et hujusmodi fundantur in mensura, et mensurato, similiter et relatio quæ est inter sensum et sensible, et scientiam, et scibile, fundatur super mensura, et mensurato. Scibile enim ad scientiam, et sensible ad sensum, se habent ut mensura et mensuratum. In uno vero in substantia, fundatur identitas, in uno in quantitate, æqualitas, in uno in qualitate, similitudo, ut supra dictum est. Unde secundum illa diversa fundamenta possunt sumi diversæ species relativorum, possunt et assignari aliter eorum species, scilicet super positionem ut pater et dominus; suppositionem, ut filius et servus, et æquiparantiam, ut æqualis, et similis, etc.

## CHAPITRE V.

*Des communautés et des propriétés des relatifs.*

Pour ce qui est des relatifs qui reçoivent le plus et le moins et la contrariété, et ceux qui ne reçoivent rien de tout cela, il faut savoir que les relatifs reçoivent le plus et le moins et la contrariété quand leurs fondements et leurs termes le reçoivent, et que ceux dont les fondements et les termes ne reçoivent rien de cela, n'en reçoivent pas non plus. Il faut observer que certains relatifs qui sont fondés sur l'unité reçoivent le plus et le moins, comme plus inégal, ainsi qu'il a été dit, à quelque degré que leurs fondements se refusent à le recevoir, et ils sont ainsi fondés sur l'unité quant à l'espèce, et cela s'ajoutant avec la privation de plus grand ou de plus petit, et cette privation ne consistant pas dans le divisible et pouvant recevoir intention ou rémission, il s'ensuit que égal reçoit plus ou moins et ainsi des autres. Tous les relatifs se disent en conversion, comme le père père du fils, le fils fils du père, et cela convient à tous les relatifs, et il n'est pas nécessaire que la conversion se fasse toujours dans tous les cas semblables. En effet, la science est dite *scibilis scientia*, et *scibile scientia scibile*, et non *scientiæ*. Pour cette conversion, il faut qu'elle se fasse *ad aliud* et suivant le nom à raison duquel elle est dite *ad aliud*, car la tête ne se dit pas par conversion par rapport à l'animal. En effet, si la tête de l'animal est dite tête, l'animal ne peut pas néanmoins être dit l'animal de la tête, parce que la tête ne se rapporte pas à l'animal suivant le nom qui est animal, mais suivant un autre qui est muni de tête. C'est pourquoi on dit pour la conversion, *caput ca-*

## CAPUT V.

*De communitatibus et proprietatibus relativorum.*

Quæ autem relativa suscipiunt magis, et minus, et contrarietatem, et quæ non, sciendum quod cum relativa quorum fundamenta, et termini suscipiunt magis, et minus, et contrarietatem, ipsa etiam suscipiunt magis, et minus, et contrarietatem, quorum vero fundamenta, et termini non suscipiunt magis, et minus, nec contrarietatem, nec et ipsa suscipiunt. Notandum, quod quædam relativa, quæ fundantur in uno, quantumcumque non suscipiant ipsorum fundamenta magis, nec minus, ipsa tamen suscipiunt magis, vel minus, ut inæqualior, ut dictum est, et ita fundantur in uno secundum speciem, et cum hoc addatur cum privatione majoris, ut minoris, et quia talis privatio non consistit in divi-

sibili, sed potest intendi et remitti, inde est quod æquale suscipit magis, et minus, et sic de aliis. Dicuntur autem omnia relativa ad convertentiam, ut pater filii pater, et filius patris filius, et hoc convenit omnibus relativis, nec oportet, quod convertentia fiat semper in omnibus casibus similibus. Dicitur enim scientia scibilis scientia, et scibile scientia scibile, et non dicitur scientiæ. Ad hoc autem quod talis convertentia fiat, oportet quod fiat ad aliud, et secundum id nomen, secundum quod ad aliud dicitur, non enim dicitur secundum convertentiam caput ad animal. Sic enim dicitur caput animalis caput, non tamen potest dici animal capitis animal, quia non refertur caput ad animal, secundum hoc nomen quod est animal, secundum aliud nomen, scilicet capitatum. Unde hæc dicuntur ad convertentiam, caput capitati caput, et capitatum capite capitatum, et

*pitati caput, et capitatum capite capitatum.* Aussi quand on ne trouve pas de terme semblable, il est permis de le forger, comme *remus* ne se dit pas *navis remus*, hé bien inventons un mot et nous dirons *remus rei remitæ remus*, et c'est ainsi que se traitent tous les relatifs pour la conversion. Or tous les relatifs sont vrais de leur nature; en effet, si l'être du relatif est de se rapporter *ad aliud*, comme il a été dit, en établissant un relatif on établit immédiatement son corrélatif, et par conséquent *posita se ponunt*, et *perempta se perimunt*. Le propre des relatifs est qu'en connoissant définitivement une chose, on sache définitivement le reste. Car si la définition est un discours expliquant ce qu'est l'être de la chose, et il faut nécessairement un corrélatif à l'être d'un relatif, celui qui connoît l'être d'un relatif, doit nécessairement connoître l'être de son corrélatif. Tel est le prédicament *ad aliquid*.

## CHAPITRE VI.

### *Des six autres prédicaments et de leur prédication en commun.*

Nous allons nous occuper maintenant des six autres prédicaments qui sont appelés principes. Il est à remarquer que comme les prédicaments sont les ordonnances des prédicables, ainsi qu'il a été dit, ils sont conséquemment connus par la prédication ou dénomination; or, une chose peut se dire d'une autre de deux manières dénominativement, ou la dénommer. La première manière, c'est que cette prédication ou dénomination se fasse par quelque chose qui soit intrinsèque à ce qui est l'objet de cette prédication ou dénomination, c'est-à-dire qui le complète soit par identité, soit par inhérence, et cela encore arrive de deux façons. Premièrement, lorsque cette dénomination se fait d'une manière absolue et en elle-même, et c'est ainsi que dé-

ideo si aliquando tale nomen non invenitur, licet illud fingere, ut remus non dicitur navis remus, sed fingamus nomen, et dicamus remus rei remitæ remus, et sic omnia relativa dicentur ad convertentiam. Sunt autem omnia vera relativa simul natura, si enim esse relativi est ad aliud se habere, ut dictum est, posito uno relativo, statim ponitur suum correlativum, et ideo posita se ponunt, et perempta se perimunt. Proprium autem relativorum est, ut qui diffinitio novit unum, diffinitio noscat et reliquum. Si enim diffinitio est oratio quid est esse rei significans, ad esse autem unius relativi requiritur necessario correlativum, qui ergo cognoscit esse unius relativi, oportet quod cognoscat esse sui correlativi, et sic patet de prædicamento ad aliquid, etc.

### CAPUT VI.

#### *De sex prædicamentis, et eorum prædicatione in communi.*

Nunc dicendum est de aliis sex prædicamentis, quæ sex principia dicuntur. Notandum, quod quia prædicamenta sunt ordinationes prædicabilium, ut supra dictum est, ideo per prædicari, seu denominare cognoscuntur, dupliciter autem potest aliquid de alio prædicari denominative, sive illud denominare. Uno modo, quod talis prædicatio, seu denominatio fiat ab aliquo quod sit intrinsecum et de quo fit talis prædicatio, seu denominatio, quod videlicet ipsum perficiat sive per identitatem, sive per inhærentiam, et hoc adhuc contingit dupliciter. Uno modo, quod talis denominatio fiat absolute, et in se, et sic de

nomment les trois prédicaments absolus, savoir, la substance, la quantité et la qualité. C'est pourquoi nous disons Socrate est une substance par identité, ou il est *quantus* et *qualis* par inhérence; secondement, quand cette dénomination est *ab intrinseco*, en important néanmoins quelque chose d'extrinsèque, comme le terme auquel se rapporte ce qui est dénommé, c'est de cette manière que dénomme la relation; comme lorsque nous disons Socrate est égal ou semblable à Platon. La seconde manière, lorsque la dénomination se fait *ab extrinseco*, c'est-à-dire par ce qui n'est pas dans le dénommé formel, mais qui est quelque chose d'absolu extrinsèque par quoi la dénomination se fait; comme lorsqu'on dit Socrate est agent, cette dénomination vient de la forme fluente qui est acquise dans l'être passif; car la chaleur produite dans l'être passif a l'effet de dénommer quelque chose de chaud, laquelle dénomination est extrinsèque, ne demande rien autre chose pour en être dénommée que le sujet lui-même en qui elle existe. Mais pour la dénomination de telle chose, comme celui qui se chauffe, une autre chose est requise du sujet de toute nécessité, savoir la cause effective de la chaleur, parce qu'il faut aussi l'être passif en qui se fait l'échauffement. Il en est aussi de même du lieu qui est une superficie, une superficie en effet pour dénommer ce dont elle est la superficie ne demande que le sujet en qui elle existe, savoir un corps contenant, mais pour dénommer quelque chose, comme le lieu *locatum*, elle demande autre chose différent du sujet de la surface. C'est de cette manière que dénomment les six prédicaments dont nous nous occupons, et ces prédicaments qui dénomment d'une dénomination extrinsèque importent une réalité différente de la chose dénommée, que n'importent pas les autres prédicaments qui dénomment extrinsèquement, quoique les choses d'où se tire cette

nominant tria prædicamenta absoluta, scilicet substantia, quantitas et qualitas. Unde dicimus Sortes est substantia per identitatem, vel est quantus, et qualis per inhærentiam. Alio modo, quod talis denominatio sit ab intrinseco, importando tamen aliquid extrinsecum ut terminum, ad quem se habet illud quod denominatur, et isto modo denominat relatio, ut cum dicimus: Sortes est æqualis, vel similis Platoni. Secundo modo fit denominatio ab extrinseco, scilicet ab eo quod non est in denominato formali, sed est aliquod absolutum extrinsecum, a quo fit talis denominatio, ut cum dicitur, Sortes est agens, talis denominatio est ab ipsa forma fluente, quæ in passo acquiritur, calor namque causatus in passo ad hoc, quod denominet aliquid calidum, quæ denominatio est intrinseca, nihil aliud requirit ut sic denominetur per ipsum,

nisi subjectum in quo est. Sed ad hoc ut denominetur tale aliquid, puta calefaciens, de necessitate requirit aliam rem a subjecto, scilicet causam effectivam caloris, quia requirit passum in quo est talis calefactio. Similiter est etiam de loco qui est superficies quædam; superficies enim ad hoc ut denominet illud cujus est superficies, non requirit nisi subjectum in quo est, scilicet corpus continens, sed ad hoc ut denominet aliquid, sicut locus locatum, requirit aliud a subjecto superficiei. Et isto modo nominant illa sex prædicamenta, et talia sic dominantia denominatione extrinseca important aliam realitatem, quam rem denominatam, quam non important alia prædicamenta quæ extrinsece nominant, licet ipsæ res a quibus accipitur talis denominatio sint eædem, et talis diversitas sufficit ad distinguendum prædica-

dénomination soient les mêmes, et cette différence suffit pour distinguer les prédicaments; c'est aussi de cette manière que ces six prédicaments sont distingués des quatre premiers, c'est-à-dire par les choses extrinsèques qu'ils dénomment, ce que ne font pas les quatre premiers. Or, il faut savoir que la dénomination *ab extrinseco*, demande quelque rapport par soi entre l'extrinsèque dénommant et l'être dénommé par lui, parce qu'il est nécessaire que par soi et par la condition des choses, ce mode de dénomination atteigne les choses, c'est pour cela qu'il faut que ce qui opère cette dénomination soit par soi le fondement de quelque habitude. Et comme l'habitude des choses n'est point par soi le fondement d'une habitude, autrement on iroit jusqu'à l'infini, aussi cette dénomination ne se fait point par le rapport. Car avoir quelque chose de produit par soi qui appartient à l'action, signifie un certain rapport, et avoir un lieu, et ainsi de suite. Cependant ces prédicaments ne disent pas ces rapports, parce que ce rapport appartient au genre de la relation. Mais les prédicaments susdits ne disent que l'absolu, comme ce qui dénomme extrinsèquement. En effet, l'échauffement qui est une action dit la chaleur, qui est la forme absolue et dénomme la cause efficiente, savoir celui qui se chauffe et ainsi de suite. Il en est qui sont d'un autre avis. Car, suivant eux, le rapport est des transcendants, et tout rapport n'est pas dans le genre de la relation, mais le rapport se dit de sept prédicaments, savoir de la relation et des six principes. C'est là la différence qui existe entre le rapport qui est dans les relatifs et celui qui est dans les six principes. Car dans les relatifs tout rapport exige en même temps dans le terme *ad quem* un autre rapport qui lui corresponde, je dis dans les vrais relatifs, tandis que dans les six principes le rapport ne demande pas dans le terme *ad quem* un rapport quelconque qui lui

menta, et isto modo ista sex prædicamenta a primis quatuor distinguuntur, scilicet per res extrinsecas, quas denominant, quod non faciunt illa quatuor. Sciendum est autem, quod denominatio ab extrinseco requirit aliquem per se respectum inter extrinsecam denominans, et denominatum ab eo, quia oportet quod per se et ex conditione rerum talis modus denominandi consequatur res, et ideo oportet, quod illud a quo fit talis denominatio, sit fundamentum per se alicujus habitudinis, et quia habitudo rerum non est per se fundamentum habitudinis, alioquin iretur in infinitum, ideo talis denominatio non fit a respectu. Habere enim aliquid a se productum, quod pertinet ad actionem, dicit quemdam respectum, et habere locum, et sic de aliis. Ista tamen prædicamenta non dicunt hos respectus, quia iste respectus pertinet ad

genus relationis, sed prædicta prædicamenta solum dicunt absolutum, ut denominans extrinsece. Calefactio enim quæ est actio, dicit calorem qui est forma absoluta, et denominat causam efficientem scilicet calefacientem, et sic de aliis. Alii vero aliter dicunt. Secundum enim eos respectus est de transcendentibus, et non omnis respectus est in genere relationis, sed dicitur respectus de septem prædicamentis scilicet de relatione, et de sex principiis. Hæc est autem differentia inter respectum qui est in relativis, et in sex principiis. Nam in relativis omnis respectus coexistit in termino ad quem alium respectum sibi correspondentem, et dico in veris relativis, sed in sex principiis respectus non requirit in termino ad quem aliquem respectum sibi correspondentem. Actio enim prout est unum de sex principiis, dicit respectum



corresponde. En effet, l'action, comme un des six principes, dit le rapport dans le mouvement relativement à l'agent. C'est pourquoi ce qui s'effectue entre l'agent et le patient, c'est-à-dire le mouvement s'appelle raison à l'égard de l'agent, et passion à l'égard du patient; néanmoins ce n'est ni dans l'agent ni dans le patient un rapport au mouvement susdit, quoique ce soit un rapport de l'agent au patient, et réciproquement, ces rapports ne sont pas action et passion, mais bien deux relations, c'est-à-dire deux passifs et actifs. Il en est de même dans le rapport du temps à la chose temporelle, et ainsi de suite.

## CHAPITRE VII.

*Ce que c'est que l'action suivant la raison prédicamentale dans les deux opinions.*

L'action est la forme suivant laquelle nous sommes dits agir dans ce qui nous est soumis. Pour comprendre cela il faut savoir qu'il y a deux actions. L'une qui est appelée action immanente, comme être chaud. L'autre qui est appelée transitoire, comme échauffer. L'action immanente n'est pas la cause effective d'une chose qui la mette en acte, mais c'est la même chose qu'être en acte. En effet, être chaud c'est la même chose qu'être dans l'acte de la chaleur, et en vertu de cette action il est dit que l'on fait quelque chose qui est formellement tel, comme la chaleur fait ou rend formellement chaud ce en quoi elle se trouve. Car être chaud se compare à la chaleur comme l'acte second au premier. Il est bon de remarquer que l'on peut prendre de trois manières l'acte second et l'acte premier. La première manière c'est que l'acte premier est une forme quelconque et l'acte second l'action transitoire qui en diffère réellement, dans le même rapport que la chaleur du feu et l'échauffement qu'elle produit; et dans ce sens être chaud n'est pas l'acte second de la chaleur. Dans le second

in motu ad agens. Unde illud quod fit inter agens, et patiens, scilicet motus respectu agentis dicitur ratio, respectu vero patientis dicitur passio, tamen nec in agente, nec in patiente est respectus ad motum prædictum, licet sit respectus agentis ad patientem, et e converso, qui respectus non sunt actio, et passio, sed duæ relationes scilicet activi, et passivi. Similiter etiam quando dicit respectum temporis ad rem temporalem, et sic de aliis, ut patet.

### CAPUT VII.

*Quid sit actio secundum rationem prædicamentalem, juxta utramque opinionem.*

Actio est forma secundum quam in id quod subijcitur, agere dicimur. Ad quod intelligendum sciendum, quod duplex est

actio. Una quæ vocatur actio immanens, ut calere. Alia quæ dicitur transiens, ut calefacere. Actio immanens non est causa efectiva rei, ut sit in actu, sed est idem quod esse in actu. Calere enim idem est, quod esse in actu caloris, et secundum talem actionem dicitur agere aliquid quod est formaliter tale, sicut calor facit, seu agit formaliter calidum illud in quo est. Calere enim comparatur ad calorem, sicut actus secundus ad primum. Notandum, quod actus primus, et secundus potest dici tripliciter. Uno modo sic, quod actus primus sit forma aliqua, et actus secundus sit actio transiens, differens realiter ab ea, sicut se habet calor ignis, et ejus calefactio, et isto modo calere non est actus secundus caloris. Secundo modo dicitur actus pri-

sens l'acte premier est dit la forme qui est subordonnée, et acte second l'acte qui lui est inhérent, comme sont la surface et la chaleur; dans ce sens être chaud n'est pas non plus l'acte second de la chaleur. Dans le troisième sens l'acte premier et second sont pris suivant qu'un seul et même acte peut être pris diversement selon qu'il est considéré en lui-même ou dans quelqu'un où il existe actuellement, comme l'on considère la chaleur suivant qu'elle est une certaine forme en elle-même; mais être chaud importe la même forme dans l'habitude relativement à quelque chose qui en est affecté, parce que être chaud c'est avoir la chaleur, ou être dans la chaleur. Pareillement, concevoir et sentir sont des actions immanentes, parce qu'elles expriment l'acte de la conception ou de la sensation, l'être en acte dans celui qui conçoit ou qui sent. Or cette action immanente n'est pas directement dans le prédicament de l'action, c'est pourquoi nous nous en tiendrons là pour ce qui la concerne. La seconde action qui est appelée transitoire constitue le prédicament de l'action. Il faut remarquer qu'ainsi qu'il est dit dans le livre III de la Phys., l'action, la passion et le mouvement sont une seule et même chose. C'est pourquoi l'échauffement n'est autre chose que la chaleur en écoulement, c'est-à-dire en tant qu'elle est un acte de ce qui existe en puissance, ce qui est la même chose que le mouvement. Par exemple : supposons de l'eau réchauffée par le feu, il est certain qu'il y a en elle une chaleur produite par la chaleur du feu, laquelle chaleur considérée suivant son être est une forme, qui est la qualité dans la troisième espèce de la qualité. Suivant qu'elle est en écoulement elle est appelée mouvement parce qu'elle entre de plus en plus en participation avec l'eau. Elle est appelée action en tant qu'elle dénomme le feu qui réchauffe. Car le feu à raison de la chaleur est dit réchauffant dans la première

mus forma quæ subditur, et actus ei inhærens dicitur actus secundus ut sunt superficies et calor, nec etiam isto modo calere est actus secundus caloris. Tertio modo, dicitur actus primus, et secundus, secundum quod unus et idem actu potest accipi ut consideratur in se, et prout consideratur ut alicujus habentis ipsum actualiter. Sicut consideratur calor ut est quædam forma in se, calere vero importat eandem formam in habitudine ad aliquod habens, quia calere est habere calorem, vel esse in actu caloris. Similiter intelligere, et sentire sunt actiones immanentes, quia dicunt actum intelligenti, vel sentiendi, esse actu in intelligente, vel sentiente. Hæc autem actio immanens non est directe in prædicamento actionis, ideo de ipsa satis dictum sit. Secunda vero actio, quæ dici-

tur transiens facit prædicamentum actionis. Notandum, quod ut habetur, III *Physic.*, actio et passio, et motus sunt una et eadem res. Unde calefactio nihil aliud est quam calor ut est in fluxu, prout scilicet est actus existentis in potentia, quod idem est quod motus. Verbi gratia. Dato quod aqua calefieret ab igne, certum est, quod in ea esset aliquis calor causatus a calore ignis, qui calor quantum ad esse suum consideratus, est forma, quæ est qualitas in tertia specie qualitatis. Secundum autem quod est in fluxu, scilicet quia magis, et magis participatur in aquam, dicitur motus. Secundum autem quod denominat ignem calefacientem, dicitur actio. Nam ignis secundum eum dicitur calefaciens juxta primam opinionem, et secundum quod habet respectum ad ignem ut ad causam effi-

opinion, et en tant qu'elle a un rapport avec le feu, comme à la cause efficiente, c'est une action suivant la seconde opinion, et l'échauffement est dit action. Mais l'échauffement est dit passion en tant qu'il dénomme ou importe un rapport à quelque chose qui reçoit en comparaison avec ce dont elle reçoit. C'est pourquoi la raison de l'action, comme prédicament, consiste en ce que action dit forme en mouvement, ou un changement, ainsi qu'il y a lieu par la cause efficiente. Aussi la cause efficiente qu'elle dénomme ou à laquelle elle se rapporte est de la nature de l'action. Il s'ensuit de là que l'action, quoique la même fondamentalement que la chaleur, étant dans le même prédicament avec l'échauffement, comme elle est une passion, ainsi qu'il a été dit plus haut dans le prédicament de la relation, quoique la similitude soit la même chose que la blancheur, néanmoins comme la similitude importe quelque chose que n'importe pas la blancheur, savoir un terme *ad quem*, elle se trouve dans un autre prédicament que la blancheur; de même dans le cas proposé, quoique échauffement comme action dise chaleur en mouvement, parce qu'elle se dit action en tant qu'elle dénomme l'agent dans la première opinion, ou exprime le rapport à l'agent, suivant la seconde opinion, auquel n'ont aucun rapport la chaleur ni l'échauffement comme passion, il s'ensuit que l'échauffement action se trouve dans un autre prédicament que la chaleur ou l'échauffement passion. Ainsi s'explique cette description de l'action; l'action est la forme suivant laquelle nous sommes dits faire ce qui est soumis. C'est, en effet, la forme, qui est en mouvement ou en mutation, suivant laquelle nous sommes désignés ou dénommés comme agents dans la première opinion, ou qui a un rapport avec nous qui agissons comme à la cause efficiente, par la raison que nous agissons sur la chose qui nous est soumise, c'est-à-

cientem, est actio juxta secundam opinionem et dicitur calefactio actio. Calefactio vero passio dicitur, ut denominat, vel importat respectum ad aliquod recipiens in comparatione ad id, a quo recipit. Unde ratio actionis prout est prædicamentum, consistit in hoc quod actio dicit formam in motu, vel mutatione ut est a causa efficiente. Unde causa efficiens quam denominat, vel ad quam habet respectum, est de ratione actionis, propter hoc sequitur, quod actio quamvis sit eadem fundamentaliter cum calore, quod sit in eodem prædicamento cum calefactione, ut est passio, sicut etiam supradictum est in prædicamento relationis, licet similitudo sit eadem res cum albedine, tamen quia similitudo importat aliquid aliud quod non importat albedo, scilicet terminum ad quem, est in alio præ-

dicamento quam sit albedo. Sic in proposito, licet calefactio ut est actio, dicat calorem in motu, quia tamen dicitur actio ut denominat agens, juxta primam opinionem, vel dicit respectum ad agens, juxta secundam opinionem, ad quod habet respectum calor, nec calefactio ut est passio, ideo calefactio actio est in alio prædicamento, quam calor, vel calefactio passio. Ex his patet descriptio actionis supraposita, scilicet. Actio est forma secundum quam id quod subjicitur, agere dicimur. Est enim forma, quæ est in motu, seu in mutatione, secundum quam dicimur seu denominamur agentes juxta primam opinionem, vel quæ habet respectum ad nos, qui agimus, sicut ad causam efficientem, scilicet quia agimus in rem, quæ subjicitur, id est in rem quæ patitur, juxta secundam opinionem,

dire sur la chose qui subit la passion suivant la seconde opinion ; on voit ainsi ce que c'est que l'action. Il faut savoir que l'auteur des six principes dit quelque chose de l'action corporelle ou incorporelle que je regarde purement et simplement comme faux, ou demandant quelque explication à raison de son ambiguïté. Il dit, en effet, que l'action corporelle se trouve nécessairement avec le mouvement de l'agent, ce que je ne crois pas vrai dans toutes les actions des corps, car l'aimant, sans avoir aucune espèce de mouvement, attire le fer ; on pourroit observer la même chose à l'égard d'une multitude d'autres agents, c'est pourquoi je ne dirai rien des autres raisons de même valeur qui sont alléguées.

### CHAPITRE VIII.

*Quelle est l'action qui reçoit le plus et le moins avec la contrariété, quelle est celle qui ne reçoit rien de cela.*

L'action reçoit le plus et le moins avec la contrariété, mais il n'en est pas ainsi de toute action. Il faut observer que ou l'action exprime la forme qui est en mouvement, comme l'échauffement, qui ne signifie que la chaleur en mouvement, comme dénommant l'agent ou présentant un rapport *ad aliud* ; ou elle exprime la forme qui est en mutation et non en mouvement, comme la génération de la substance, et la création. Et comme, ainsi qu'il a été dit, l'action n'ajoute rien à la forme qu'elle exprime, et ne fait que dénommer, suivant la première opinion, ou exprimer le rapport à l'agent suivant la seconde, si la forme qu'elle exprime est en mouvement, on dit que l'action reçoit plus ou moins, ou l'agent qui est concret, comme on a dit dans le prédicament de la qualité que les choses abstraites ne reçoivent pas le plus et le moins, mais bien les concrètes ; on dit de même dans celui-ci que quelque chose, c'est-à-dire la caléfaction reçoit le plus

et sic patet quid est actio. Sciendum, quod author sex principiorum quædam dicit de actione corporea, vel incorporea, quæ vel simpliciter reputo falsa, vel extorta indigent expositione. Dicit enim quod actio corporea necessario est cum motu agentis, quod non reputo verum in omnibus actionibus corporum. Magnes enim non motu ullo genere motus, attrahit ferrum, et de multis aliis agentibus posset hoc inveniri, ideo omnia talia, quæ ille ibi ponit prætermitto.

#### CAPUT VIII.

*Quæ actio suscipit magis et minus, et contrarietatem et quæ non.*

Recipit autem actio magis, et minus, et contrarietatem, non tamen omnis. Notan-

dum, quod actio vel dicit formam, quæ est in motu, ut calefactio, quæ solum dicit calorem in motu, ut denominat agens, vel ut habet respectum ad aliud, vel dicit formam, quæ est in mutatione, et non in motu, ut generatio substantiæ, et creatio. Et quia ut dictum est, actio supra formam quam dicit, nihil addit nisi quia denominat, juxta primam opinionem, vel dicit respectum ad agens, juxta secundam opinionem, si forma quam dicit, est in motu, dicitur actio suscipere magis vel minus, vel ipsum agens quod est concretum, sicut in prædicamento qualitatis dictum est, quod abstracta non suscipiunt magis, et minus, sed concreta, ita in isto dicitur aliquid, scilicet calefacere, suscipere magis vel minus, quia est magis, vel minus cale-

ou le moins, parce qu'elle échauffe plus ou moins. Si, au contraire, la forme qu'exprime l'action n'est pas en mouvement mais seulement en mutation, une telle forme n'étant pas propre à recevoir le plus ou le moins, ni par conséquent la contrariété, en prenant la contrariété dans un sens propre, cette action ne reçoit pas non plus le plus et le moins, ni par conséquent la contrariété, en la prenant dans le sens propre. C'est pourquoi celui qui engendre ou qui crée n'est pas dit engendrant ou créant plus ou moins, ainsi s'explique, etc.

## CHAPITRE IX.

*Le propre de l'action est de produire la passion par soi.*

C'est le propre de l'action de produire d'elle-même la passion. Il faut observer que, bien que l'action et la passion et les formes, cause du mouvement d'une chose, soient une seule chose, elles sont néanmoins des prédicaments différents à raison de la dénomination diverse ou à cause du divers rapport importé. Voici l'ordre qui existe entre l'action et la passion, car la passion suit l'action qui se produit au-dehors. En effet, si agir n'est autre chose qu'occasionner dans le sujet passif la forme avec le mouvement, et éprouver la passion rien autre chose que recevoir une telle forme, il en résulte nécessairement que toute action est suivie de la passion et que agir est suivi de sentir la passion. On a donc eu raison de dire que le propre de l'action est de produire la passion dans le sujet passif. Voilà ce qui concerne l'action.

## CHAPITRE PREMIER.

*Ce que c'est que la passion formellement, comme prédicament.*

La passion est l'effet et le produit de l'action. Il faut remarquer que l'action et la passion sont une seule et même chose, savoir la forme

faciens. Si vero forma quam dicit actio, non sit in motu, sed in sola mutatione, cum talis forma non sit apta suscipere magis, vel minus, nec per consequens, contrarietatem, sumendo contrarietatem proprie, nec etiam talis actio suscipit magis, vel minus, nec per consequens contrarietatem, sumendo contrarietatem proprie. Unde generans, vel creans non dicitur magis, vel minus generans, vel creans, et sic patet, etc.

### CAPUT IX.

*Quod proprium actionis est ex se inferre passionem.*

Est autem proprium actionis ex se inferre passionem. Notandum, quod licet actio, et passio, et forma qua aliquid movetur, sint una res, tamen propter diversam denominationem quam importat, vel prop-

ter diversum respectum importatum, sunt diversa prædicamenta. Habent autem se actio, et passio in hoc ordine, nam ad omnem actionem egredientem ad extra, sequitur passio. Si enim agere nihil aliud est, quam causare formam in passo cum motu, et pati nihil aliud est quam talem formam recipere, necessario sequitur, quod ad omnem actionem sequitur passio, ad omne agere sequitur pati. Bene ergo dictum est, quod proprium est actionis causare passionem in passio, et sic patet de actione.

### CAPUT I.

*Quid sit passio formaliter, ut est prædicamentum.*

Passio est effectus, illatioque actionis. Notandum, quod actio, et passio sunt una res, et eadem, scilicet forma, quæ est in

qui est en flux ou *in fieri*, c'est pourquoi on ne voit pas que la passion soit un effet de l'action. En effet, si on les considère comme étant une forme, dans ce cas comme la même chose ne peut être cause et effet d'elle-même, la passion ne sera pas l'effet de l'action. Si au contraire on les considère comme deux choses, parce que l'action dénomme l'agent et la passion le patient, il ne s'en suit pas encore que la passion soit un effet de l'agent. Donc la passion n'est pas l'effet de l'action même. Il faut savoir qu'une chose peut être dite effet d'une autre de deux manières, la première proprement, en tant qu'elle est ou a été produite par elle, et dans ce sens la passion n'est pas l'effet de l'action. La seconde manière c'est quand ces deux choses se font, elles se produisent simultanément de telle sorte que l'on comprenne par une connexion nécessaire que l'une vient après l'autre. D'où il résulte que la première est dite en quelque façon cause efficiente à l'égard de la seconde, comme dans le traité *du propre* on a dit du clou et du bois dans lequel il est enfoncé quel est leur rapport avec le mouvement, il en est ainsi dans son espèce de la passion par rapport à l'action. Car l'action et la passion sont constituées par l'agent dans un certain ordre nécessaire. Car on conçoit l'agent agissant avant de concevoir ce qu'il fait subir, et ainsi la passion est dite effet de l'action.

## CHAPITRE II.

*Que la dénomination de la passion se fait formellement ab extrinseco.*

Il s'élève un doute au sujet de ce qui a été dit, savoir que ces six principes dénomment extrinsèquement la substance. Nous avons dit, en effet, que l'action, qui est subjectivement dans le patient, dénomme l'agent; cela ne semble pas vrai à l'égard de la passion, car elle dénomme le sujet passif en qui elle est formellement et subjecti-

fluxu, vel fieri, unde non videtur, quod passio sit effectus actionis. Si enim considerantur in quantum sunt una forma, tunc cum idem non possit esse causa, et effectus sui ipsius, passio non erit effectus actionis. Si vero considerentur in quantum sunt duo, quia actio denominat agens, et passio patiens, nec adhuc sequitur, quod passio sit effectus ipsius agentis, non ergo passio, est effectus ipsius actionis. Sciendum, quod aliquid potest dici effectus alicujus dupliciter, uno modo proprie, prout scilicet causatur, vel causatum est ab eo, et isto modo passio non est effectus actionis. Alio modo, quia quando utrumque fit, ita fiunt simul, quod unum necessaria connexione intelligitur esse post aliud. Unde primum dicitur esse quodam modo causa efficiens respectu secundi, quemadmodum in tractatu

de proprio dictum est de clavo, et ligno cui insigitur, qualiter se habeant ad motum, sic suo modo se habet de passione respectu actionis. Nam actio, et passio sunt ab ipso agente ordine quodam necessario. Prius enim intelligitur agens agere, quam aliquid a se pati, et sic passio dicitur effectus actionis.

### CAPUT II.

*Quod denominatio passionis est formaliter ab extrinseco.*

Dubium autem oritur contra ea quæ dicta sunt, videlicet quod ista sex principia denominant substantiam extrinsece. Dicitur enim quod actio, quæ subjective est in patiente, denominat agens, hoc enim non videtur esse verum de passione, nam ipsa denominat passum in quo est formaliter et subjective. Dicendum, quod forma

vement. Il faut dire que la forme en flux, qui est le mouvement lui-même, prise en elle-même, est dans le prédicament absolu, la chaleur, par exemple, qui se produit dans l'eau comme étant en flux, se trouve dans le prédicament de la qualité, parce que le mouvement est dans le prédicament de son terme *ad quem* et il est dit mouvement comme étant en flux. Mais en tant qu'il a telle chaleur, c'est-à-dire que l'eau qui se réchauffe est transmuée par le feu, cette dénomination appartient à la passion comme predicament. On ne dit pas, en effet, que l'eau devient chaude, parce qu'il y a de la chaleur en elle, mais parce que cette chaleur lui vient de l'agent qui l'échauffe. C'est pourquoi s'il n'y avoit pas d'agent échauffant, quelque chaleur qu'il y eût dans l'eau, on ne diroit pas pour cela qu'elle devient chaude, ou subit une passion, mais on dit qu'elle s'échauffe et subit une passion, en tant que cette chaleur est produite par un agent échauffant. Donc cette dénomination ou rapport du sujet passif vient formellement *ab extrinseco*, par la raison qu'elle importe un agent qui est extrinsèque. Ainsi donc la passion dénomme extrinsèquement le sujet, ou exprime un rapport *ab extrinseco*. Or la passion reçoit le plus et le moins avec la contrariété de la même manière que nous avons dite de l'action. Ce qu'il faut comprendre suivant ce qui a été exposé plus haut de l'action; tel est le prédicament de la passion, etc.

## CHAPITRE PREMIER.

*Ce que c'est que le prédicament quando, c'est le temps en tant qu'il dénomme une chose temporelle, ou le rapport du temps aux choses temporelles qu'il mesure.*

*Quando* est ce qui reste de l'adjacence du temps. Or on appelle ici adjacence du temps sa mesure, suivant que le temps est la mesure des choses temporelles. Pour comprendre les termes de cette défini-

in fluxu, quæ est ipse motus, secundum se accepta, est in prædicamento absoluto, puta calor, qui causatur in aqua prout est in fluxu, est in prædicamento qualitatis, quia motus est in prædicamento termini ad quem est, prout autem est in fluxu dicitur motus, prout vero habens talem calorem, scilicet aqua quæ calefit, transmutatur ab igne calefaciente, talis denominatio pertinet ad passionem prout est prædicamentum. Non enim aqua dicitur calefieri, quia in ea est calor, sed quia talis calor est a calefaciente. Unde si non esset calefaciens, quantumcumque calor esset in aqua non propter hoc diceretur calefieri, vel pati, sed dicitur calefieri, et pati in quantum talis calor est a calefaciente. Talis ergo denominatio, vel respectus passivi est for-

maliter ab extrinseco, ex quo importat agens quod est extrinsecum. Sic ergo passio extrinsece denominat subjectum, vel dicit respectum ab extrinseco. Recipit autem passio magis, vel minus, et contrarietatem eodem modo quo dictum est de actione; quod intelligitur sicut supra de actione expositum est, et sic patet de prædicamento passionis, etc.

### CAPUT I.

*De prædicamento quando quid sit, quia est tempus, ut denominat temporale, seu respectus temporis ad temporalia, qua mensurat.*

Quando est quod ex adjacentia temporis relinquatur. Vocatur autem hic adjacentia temporis mensura ejus, prout scilicet ip-

tion et ce que c'est que *quando*, il faut observer qu'il est de la nature de la mesure de donner d'une manière certaine la quantité des choses mesurées lorsqu'on l'applique à ces choses par l'opération de l'intellect, et comme il y a deux quantités, savoir l'extension et la perfection, il y a aussi une mesure pour l'une et l'autre. Nous disons, en effet, que la blancheur est la mesure de toutes les couleurs; car la blancheur contenant plus de perfection et de participation à la lumière que les autres couleurs, en l'appliquant par l'intellect aux autres couleurs nous acquérons d'une manière certaine la connoissance de la quantité de perfection qui est en eux, mais non de la quantité d'extension. De même en appliquant au drap une règle de deux coudées, nous connoissons la quantité de son extension. D'un autre côté le temps n'étant autre chose qu'une quantité successive du mouvement, peut être pris à raison de cela en deux sens. Premièrement dans un sens large pour toute quantité successive du mouvement; il y a autant de temps que de mouvements, parce que tout mouvement a une quantité successive qui le constitue formellement en extension de quantité successive, et cette quantité n'est pas un mouvement, mais un accident du mouvement qui le constitue formellement en extension, ou c'est un accident du mobile qui existe en lui par le moyen du mouvement, comme une qualité quelconque, ainsi la couleur se trouve dans la substance par le moyen de la superficie, comme il a été dit plus haut, et c'est à cause de cette succession qu'Aristote, au livre V de la Métaphysique, a mis le mouvement dans le genre de la quantité, c'est pourquoi le mouvement n'est dans les autres genres que par la raison du terme du mouvement, suivant ce que nous disons que l'augmentation et la décroissance sont dans la quantité non par la raison qu'elles sont mouvement, mais par la raison du terme auquel elles se rap-

sum tempus est mensura temporalium. Ad sciendum autem particulas prædictæ descriptionis, et quid est quando, notandum, quod de ratione mensura est, quod applicata per intellectum ad mensurata certificet nos de ipsorum quantitate, et quia duplex est quantitas, scilicet extensionis et perfectionis, ideo utrobique invenitur mensura. Dicimus enim quod mensura omnium colorum est albedo. Quia enim albedo plus continet de perfectione, et participatione lucis, quam alii colores applicando ipsam ad alios colores per intellectum, certificamur de quantitate perfectionis ipsorum, non tamen de quantitate extensionis. Similiter per lineam bicubitalem applicatam ad panum, certificamur de quantitate suæ extensionis. Cum autem tempus nihil aliud sit, quam quantitas successiva ipsius motus, secundum hoc tempus potest accipi dupli-

citer. Uno modo large, scilicet pro omni quantitate successiva motus, etiam accipiendo tempus, quot sunt motus, tot sunt tempora, quia omnis motus habet quantitatem successivam facientem ipsum formaliter, quantum quantitate successiva, et talis quantitas non est motus, sed accidens ejus faciens ipsum esse quantum formaliter, vel est accidens ipsius mobilis inexistens ei mediante motu, sicut qualitas aliqua, scilicet color inest substantiæ mediante superficie, ut supra dictum est, et propter hanc successionem Philosophus, V *Metaph.*, posuit motum in genere quantitatis, unde motus non est aliis generibus, nisi forte ratione termini motus, prout dicimus, quod augmentum et decrementum sunt in quantitate non ratione qua motus sunt, sed ratione termini ad quem sunt. Sed ejus successio dicitur tempus, large sumpto tem-



portent. Mais la succession s'appelle temps dans un sens large, et par ce temps, comme une mesure intrinsèque mesure tous les mouvements, parce que le mouvement est tel que ses successions, elle donne la connoissance certaine de sa quantité, et comme parfois cette succession nous est plus connue, nous mesurons par son moyen la succession du premier mobile, comme le dit Aristote, livre IV de la Physique, nous mesurons le temps par nos actions, et notre vie s'écoule par une aussi grande voie, donc il s'est écoulé tant d'heures de temps.

Le temps se prend dans un autre sens plus strict et plus propre pour la quantité successive du premier mouvement, ou pour le mouvement du premier mobile, et cette succession est la plus uniforme et la plus simple, et par conséquent elle est apte à nous faire connoître ce qui concerne les autres quantités successives en la leur appliquant, suivant ce que nous avons dit qu'une chose a duré une heure, un jour; et comme cette succession est une numériquement, il n'y a par conséquent, pour toutes les choses temporelles numériquement, qu'un temps par lequel sont mesurés les autres mouvements en tant que successifs, comme par une mesure extrinsèque. Il faut savoir que tous les autres mouvements sont mesurés par cette succession du premier mouvement comme par une mesure extrinsèque, aussi bien que les parties du mouvement du premier mobile, de sorte qu'une partie de ce mouvement est mesurée par une partie du temps, par une mesure intrinsèque, comme nous disons, cette évolution céleste s'est opérée tel jour, celle-là tel autre, et ainsi des autres mouvements qui sont mesurés dans leurs successions par une mesure intrinsèque. Il faut savoir que la mesure de chaque chose peut se considérer de deux manières. Premièrement dans un sens absolu, c'est-à-dire selon qu'elle est applicable, secondement en tant qu'elle est appliquée à la chose susceptible d'être mesurée. Or, le temps étant une certaine

pore, et tali tempore, sicut mensura intrinseca habet omnes motus mensurari, quia tantus est motus, quantum ejus successiones, certifiat de ejus quantitate, et quia aliquando talis successio est nobis magis nota, ideo per eam mensuramus successionem primi mobilis, ut Philosophus, IV. Phys., dicit: Mensuramus enim tempus per nostras actiones, ut per tantam viam vivimus, ergo tot temporis horæ transierunt.

Alio modo tempus stricte, et magis proprie dicitur quantitas successiva primi motus, seu motus primi mobilis, quæ successio est uniformissima, et simplicissima, et per consequens est apta nata nos certificare de aliis quantitibus successivis applicata ad eas, juxta quod dicimus, quod duravit per boram, vel per diem, et quia

talis successio est una numero, ideo est unum numero tempus omnium temporalium, per quod mesurantur sicut mensura extrinseca, omnes alii motus, ut successivi sunt. Sciendum, quod prædicta successione primi motus mesurantur omnes alii motus, ut mensura extrinseca, et mesurantur partes motus primi mobilis, ut scilicet pars illius motus mensuretur parte temporis mensura intrinseca, sicut dicimus hæc circulatio cœli fuit in ista die, et illa fuit in illa die, sicut est de aliis motibus, qui mesurantur suis successionibus mensura intrinseca. Sciendum, quod mensura uniuscujusque potest considerari dupliciter. Uno modo absolute, scilicet prout applicabilis est; alio modo, prout applicatur ad ipsum mensurabile. Cum autem tempus sit quæ-

mesure, pourra être considéré de deux manières, absolument, et dans ce sens il s'appelle temps, et dans le second sens, appliqué aux mouvements successifs, soit qu'ils soient des parties du mouvement du premier immobile, soit qu'ils soient d'autres mouvements, ou aux choses mobiles en tant que mobiles. Et comme ces choses ainsi mesurées par le temps sont appelées mesurées, comme nous disons une promenade d'aujourd'hui, c'est en conséquence de cet absolu, c'est-à-dire le temps ainsi dénommant, que se tire le prédicament *quando*, suivant la première opinion; dans la seconde opinion, c'est lorsqu'il est le rapport du temps comme mesure à la chose temporelle, c'est pour cela que l'on dit que *quando* est ce qui reste de l'adjacence ou de la mesure du temps. Car le temps, en tant que mesurant une chose temporelle, la dénomme d'une dénomination extrinsèque, et c'est cela qu'il laisse, cela qui est appelé *quando* dans la première opinion. Dans la seconde, au contraire, *quando* reste de l'adjacence du temps, car il reste de la mensuration qui s'opère par le temps le rapport du temps qui mesure à la chose mesurée, lequel est appelé *quando*, et de même que le temps a des parties comme le présent, le passé et le futur, de même aussi *quando* a des parties, parce que les choses temporelles sont dénommées par toutes ces parties. Nous disons en effet, voilà ce que nous avons fait aujourd'hui, hier, ce que nous ferons demain. On voit ainsi ce que c'est que *quando*, ce n'est autre chose qu'une forme absolue, qui est le temps dénommant une chose temporelle. Ou bien, suivant la seconde opinion, *quando* n'est autre chose que le rapport absolu de la forme susdite aux choses temporelles qu'il mesure.

dam mensura, poterit his duobus modis considerari, uno modo absolute, et sic dicitur tempus, alio modo applicata ad motus successivos, sive sint partes motus primi mobilis, sive sint alii motus, vel ad mobilia, in quantum mobilia sunt. Et quia talia ut sic mensurata a tempore sic mensuratæ denominantur, sicut dicimus ambulationem hodiernam, ideo a tali absoluto, scilicet tempore sic dominante, sumitur prædicamentum quando, juxta primam opinionem, juxta vero secundam opinionem, quando est respectus temporis ut mensurantis ad ipsum temporale, propterea dicitur, quod quando est quod relinquitur ex adjacentia, seu mensura temporis. Tempus enim ut mensurat temporale, denominat illud denominatione extrinseca, et hoc relinquit, et hoc dicitur, quando juxta primam opinionem. Juxta vero secundam, quando relinquitur ex adjacentia temporis, quia ex mensuratione, quæ est a tempore, relinquitur respectus temporis mensurantis ad mensuratum, quod dicitur quando, et sicut sunt partes ipsius temporis, scilicet præsens, præteritum, et futurum, sic etiam sunt partes quando, quia ab omnibus talibus partibus denominantur temporalia. Dicimus enim, hæc est operatio hodierna, crastina, vel hesterna. Et sic patet quid est quando, quia nihil aliud est quam forma absoluta, quæ est tempus prout denominat temporale; vel juxta secundam opinionem, quando nihil aliud est quam respectus prædictæ formæ absolute ad temporalia, quæ mensurat.

## CHAPITRE II.

*Que quando n'est pas le rapport de la chose mesurée au temps, mais tout le contraire.*

Il faut savoir qu'il y en a qui disent que *quando* n'est pas le rapport du temps qui mesure à la chose temporelle, mais, au contraire, le rapport de la chose mesurée au temps lui-même. Je ne regarde pas cela comme vrai, parce que, suivant ces philosophes, *quando* ne seroit pas une dénomination extrinsèque, mais intrinsèque, et de cette manière il ne seroit pas un des six principes qui dénomment extrinsèquement, comme nous l'avons dit plus haut, et il s'ensuivroit, suivant la seconde opinion, que *quando* seroit une relation, parce qu'il seroit un rapport *ab extrinseco*, ce qui est faux. Il faut savoir que la succession du premier mouvement, qui est appelé temps, peut être la mesure des parties du mouvement du premier mobile, de cette manière elle est une mesure intrinsèque, et c'est d'après une telle mesure que se fait la dénomination qui appartient au prédicament *quando*, comme quand nous disons que telle évolution s'est faite hier ou se fait aujourd'hui. De cette manière, *quando* se trouve en ce en quoi est le temps; parce que le temps est subjectivement dans le mouvement du premier mobile, et, par conséquent, cette dénomination est dans ses parties qui sont dénommées par les parties du mouvement, comme il a été dit, ou suivant la première opinion, le temps est dans le premier mouvement, quant au fondement du rapport qui est *quando*. Il y a aussi là le terme du rapport lui-même, c'est-à-dire les parties mesurées du mouvement qui sont le terme de ce rapport, et c'est là ce que veut dire l'auteur des six principes, quand il dit que *quando* se trouve dans ce en quoi est le temps. Dans un autre sens, le temps peut être la mesure extrinsèque des autres

## CAPUT II.

*Quod quando non est respectus rei mensuratæ ad tempus, sed e converso.*

Sciendum, quod aliqui dicunt, quod quando non est respectus temporis mensurantis ad rem temporalem, sed e converso est respectus rei mensuratæ ad ipsum tempus. Hoc non reputo verum, quia secundum istos, quando non esset denominatio extrinseca, sed intrinseca, et sic non esset unum de sex principiis, quæ extrinsece denominant, ut supra dictum est. Et sequeretur juxta secundam opinionem, quod quando esset relatio, quia esset respectus ab intrinseco, quod falsum est. Sciendum, quod successio primi motus, quæ tempus dicitur, potest esse mensura partium motus

primi mobilis, et isto modo est mensura intrinseca, et ex tali mensura fit denominatio, quæ pertinet ad prædicamentum quando, sicut dicimus quod hæc circulatio est hodierna, vel fuit hesternæ. Et isto modo in quo est tempus, in eo etiam quando, quia in motu primi mobilis est tempus subjective, et ideo talis denominatio est in partibus ejus, quæ denominantur a partibus motus, ut dictum est, vel juxta primam opinionem in primo motu est tempus, quod ad fundamentum respectus, qui est quando. Etiam in eo est terminus ipsius respectus, partes scilicet motus mensuratæ, quæ sunt terminus talis respectus, et hoc est, quod dicit author sex principiorum, quod in quo est tempus, in eo est etiam quando. Alio modo tempus

mouvements, et alors c'est d'après lui que se fait la dénomination qui appartient au prédicament *quando*; c'est ainsi que nous disons, cette promenade s'est faite hier, et de cette manière *quando* ne se trouve pas dans ce en quoi est le temps, parce que le temps est subjectivement dans le mouvement du premier mobile, et la dénomination qui provient de lui se trouve dans la promenade. Ou bien, suivant la seconde opinion, *quando* est le rapport fondé dans le temps, dont néanmoins le terme est dans la promenade, et ainsi, en quelque façon, il ne se trouve pas dans ce en quoi est le temps, etc...

### CHAPITRE III.

*Que quando ne reçoit ni le plus ni le moins, et n'a pas de contraire, qu'il se trouve dans tout ce qui commence d'être.*

*Quando* ne reçoit ni le plus ni le moins, et n'a pas de contraire. Car ce prédicament se tire de la forme absolue dénominative, ou il est le rapport de cette forme, et comme le temps d'où se tire *quando* ne reçoit pas le plus ou le moins, et n'a pas de contraire, il en sera par conséquent de même de *quando*. Mais c'est le propre de *quando* de se trouver dans tout ce qui commence d'être. Il faut remarquer qu'une chose commence d'être de quatre manières. Il y en a qui commencent par le mouvement seul, comme la chaleur dans l'eau qui se réchauffe commence d'être par le mouvement de la caléfaction, bien plus le mouvement est placé dans le genre de ces choses. En effet, l'altération se trouve dans le genre de la qualité dans laquelle se rencontre l'altération. D'autres commencent d'être par le changement qui suit nécessairement le mouvement, comme la forme substantielle est introduite dans la matière par la génération qui suit l'altération dont elle est le terme au moins extrinsèque. D'autres, au contraire,

potest esse mensura aliorum motuum extrinseca, ex quo tunc fit denominatio, quæ pertinet ad prædicamentum quando, sic dicimus, hæc ambulatio fuit hesternæ, et sic quando non est in eo in quo est tempus, quia tempus est subjective in motu primi mobilis, et denominatio facta ab eo est in ambulatione. Vel juxta secundam opinionem, quando est respectus fundatus in tempore, cujus tamen terminus est ambulatio, et sic aliquo modo non est in ea, in quo est tempus, etc.

#### CAPUT III.

*Quod quando non suscipit magis nec minus, nec habet contrarium, et quod quando est in omni eo quod incipit esse.*

Non suscipit autem quando magis, vel minus, nec etiam ipsi quando est aliquid

contrarium. Nam hæc prædicamentum sumitur a forma absoluta denominante, vel est respectus talis formæ, et quia tempus a quo sumitur quando non suscipit magis, vel minus, nec habet contrarium, igitur nec quando ista suscipiet. Est autem proprium quando esse in omni eo quod incipit esse. Notandum quod res quadrupliciter incipit esse. Quædam enim incipit per motum solum, ut calor in aqua quæ calefit; incipit esse per motum calefactionis. Imo motus ponitur in genere talium. Alteratio enim est in genere qualitatis, in qua alteratio invenitur. Quædam vero incipit esse permutationem sequentem motum necessario, sicut forma substantialis inducitur in materiam per generationem sequentem alterationem, cujus ipsa est terminus saltem extrinsecus. Quædam autem incipit esse

commencent d'être par la mutation qui suit le mouvement, mais non pas de nécessité, comme le matin l'illumination de notre hémisphère qui est précédée du mouvement local du soleil par le moyen duquel elle s'offre à nous, mais ce changement n'est pas nécessairement précédé du mouvement, car dès le premier instant de la création du soleil, l'air fut illuminé par le soleil sans aucun mouvement précédent de cet astre. Il y en a qui commencent d'être par une simple émanation, et non par mouvement ou par mutation, comme les choses qui sont créées. Or, il faut savoir que le temps, soit continu, soit partagé, ou l'*ævum*, constitue certaines mesures par lesquelles certains actes sont destinés à être mesurés, parce qu'ils doivent avoir telle ou telle durée. Or il est des actes dans lesquels, existant numériquement dans l'unité, se trouve une succession, et leur durée consiste à prendre une partie après l'autre; tels sont ceux dont j'ai dit qu'ils commencent d'être par le mouvement seul, et ces actes, lorsqu'ils se font ou lorsqu'ils ont été faits, c'est-à-dire lorsqu'ils sont en repos, sont mesurés par le temps continu. Car, par rapport à eux, le *fieri* est le mouvement, et le *factum esse* est le repos. Or le mouvement et le repos se mesurent par le temps continu, et *quando* se trouve dans tout acte semblable, comme dans le temps, ainsi qu'il a été dit. Et c'est le propre de *quando* de se trouver dans tout acte semblable qui commence ainsi d'être. Car cet acte étant proprement mesuré par le temps, il en résulte que la dénomination est aussi proprement prise du temps, de sorte qu'on dit de la promenade qu'elle s'est faite hier ou aujourd'hui, et c'est là *quando*, comme nous l'avons dit. Ou, suivant la seconde opinion, le temps, comme mesure propre, a un rapport à ces actes, et ce rapport est *quando*. Donc le propre de *quando* est de se trouver dans tout acte semblable qui com-

per mutationem sequentem motum, sed non ex necessitate, sicut illuminatio nostri hemisphaerii de mane quam illuminationem præcedit motus localis solis, per quem nobis præsens fit, talem autem mutationem non ex necessitate præcedit motus, quia in primo instanti quando creatus est sol, nullo præcedente motu solis fuit aer illuminatus a sole. Quædam autem incipit esse per simplicem emanationem, et non per motum, nec per mutationem. Sicut illa, quæ creantur. Sciendum est autem, quod tempus sive sit continuum, sive discetum, et ævum, sunt quædam mensuræ secundum quas actus quidam nati sunt mensurari, quia scilicet habent durare, tantum vel tantum, quidam autem actus est in quo uno numero existente est successio, et ejus duratio consistit in accipiendo partem post partem, sicut sunt ea de quibus dic-

tum est, quod incipiunt esse solum per motum, et tales actus quando fiunt, sive quando facti sunt, cum scilicet sunt in quiete, mensurantur tempore continuo. Eorum enim fieri est motus, et factum esse est quies. Motus autem, et quies mensurantur tempore continuo. In omni autem tali actu est quando, sicut tempore ut dictum est. Et hoc est proprium quando esse in omni tali actu, qui sic incipit esse, talis enim actus, quia proprie tempore mensuratur, proprie etiam sumitur denominatio a tempore, ut dicatur de ambulatione hodierna, vel hesterna, et hoc est quando, ut dictum est. Vel juxta secundam opinionem, tempus ut mensurans proprie habet respectum ad actus tales, et hic respectus est quando. Proprium ergo quando est esse in omni tali actu, qui sic incipit esse ut in termino, ut dictum est. Aliquis vero actus

mence d'être ainsi comme dans un terme. Il est d'autres actes dont la durée ne consiste pas à prendre successivement une partie après l'autre, mais en ce que le même indivisible reste permanent, et cet acte est double. En effet, il y a certains actes indivisibles dans lesquels il ne se trouve aucune succession, il y a néanmoins d'autres actes destinés à leur succéder, et ces actes eux-mêmes sont destinés à succéder à d'autres, comme les formes substantielles corruptibles, les pensées et les volitions successives des anges. Chacun de ces actes est indivisible, et l'un succède à l'autre. Car une forme succède à l'autre dans la matière première, et néanmoins l'être de cette forme est dans l'indivisible, et il en est ainsi des pensées et des volitions des anges dont nous venons de parler. D'où il résulte que ces actes sont mesurés par le temps discret. Car chacun de ces actes est mesuré par le moment présent du temps discret, et la succession qui existe entre ces actes est mesurée par le temps discret; or le temps discret se trouve dans le genre de la quantité discrète où l'on place le discours. Car le discours n'est pas pris ici pour le son, puisque le son est une qualité, ni pour le nombre des syllabes, parce qu'ainsi il ne seroit pas une espèce différente du nombre, ni pour plusieurs temps continus de syllabes, parce que, de cette manière, il ne seroit pas une espèce différente du temps continu. En effet, plusieurs parties de temps ne font pas une espèce différente du temps, comme il a été dit; mais il se prend pour la mesure de la prolation de ce son. Car ici il ne s'agit pas seulement de donner plusieurs choses, mais de produire une plus longue durée, suivant que plusieurs choses indivisibles durent plus qu'une seule; c'est pourquoi il faut établir ici un nombre appartenant à la mesure de durée quelconque; or, c'est une chose discrète dans ce qui commence d'être ainsi. Et ce qui a ainsi l'être, ce n'est

---

est, cuius duratio non consistit in accipiendo successive partem post partem, sed consistit in hoc, quod idem indivisibile manens stat, et iste actus est duplex. Quidam enim actus indivisibilis, in quo nulla est successio, tamen natus est ei alius actus succedere et ipse natus est succedere alteri sicut formæ substantiales corruptibiles, cogitationes et volitiones successivæ angelorum. Horum enim actuum unusquisque est indivisibilis, et unus succedit alteri. Una namque forma succedit alteri in materia prima, et tamen esse talis formæ in indivisibili est, et sic est de dictis cogitationibus et volitionibus angelorum. Unde tales actus mensurantur tempore discreto. Unusquisque enim talium actuum mensuratur nunc temporis discreti, et successio, quæ est inter tales actus, mensuratur tempore discreto, tempus autem discretum est in illo genere quantitatis discretæ in quo ponitur oratio. Non enim oratio ibi ponitur pro sono, cum sonus sit qualitas, nec pro numero syllabarum, quia sic non esset alia species a numero nec pro pluribus temporibus continuis syllabarum, quia sic non esset alia species a tempore continuo. Plures enim partes temporis non faciunt aliam speciem tempore, ut supra dictum est, sed ponitur pro mensura prolationis illius soni. Ibi enim non solum est dare plura, sed est dare plus durare secundum quod talia plura indivisibilia plus durant quam unum, ideo oportet ibi ponere aliquem numerum pertinentem ad mensuram alicujus durationis; hoc autem est discretum in talibus, quæ sic incipiunt esse. Et quæ sic habent esse, non est quando, secundum quod hic su-

pas *quando* en tant qu'il est pris ici comme restant de l'adjacence du temps continu, et si on y trouvoit *quando* de l'adjacence du présent du temps discret, il seroit d'une autre nature que *quando* dont il s'agit ici. Il y a d'autres actes indivisibles qui ne sont pas propres à succéder à d'autres, ni réciproquement, comme l'acte d'être des anges, de l'ame raisonnable et des corps célestes, et l'intellection de l'ange par laquelle il se comprend, laquelle n'est pas successive, la vision béatifique des anges et des ames. Ces actes sont mesurés par l'*ævum*, qui est tout à la fois. D'où il suit que, hien que ces actes aient commencé d'être par une simple émanation, *quando* n'est pas cependant en eux, car ils ne se mesurent pas par le temps. Or, nous pouvons dire que *quando* se trouve dans tous ces actes par une certaine coexistence du temps continu avec leur durée. Nous disons, en effet, quand fut l'ange, hier ou aujourd'hui, non pas néanmoins que l'ange, quant à son être, soit mesuré par le jour d'hier ou le jour d'aujourd'hui, mais parce que le jour d'hier ou le jour d'aujourd'hui a existé en même temps que la durée de l'ange, c'est-à-dire avec son *ævum*, ou parce que son *ævum* a coexisté avec le temps d'hier ou d'aujourd'hui, et ainsi de suite. Tel est le prédicament *quando*.

mitur quando prout relinquitur ex adjacentia temporis continui, et si in eis esset quando ex adjacentia ipsius nunc temporis discreti esset alterius rationisquam quando, de quo nunc igitur. Alius vero actus indivisibili est, qui non est aptus natus succedere alteri, nec alius sibi, sicut est actus essendi angelorum, et animæ rationalis et corporum cælestium, et intellectio angeli, qua videlicet intelligit se, quæ non est successiva, et beata visio angelorum et animarum. Et tales actus mesurantur ævo, quod est totum simul. Unde licet tales actus incoeperit esse per simplicem emanationem, tamen in eis non est quando,

non enim habent mensurari tempore. Possumus autem dicere quod in omnibus dictis actibus sit quando per quamdam coexistentiam, quam habet tempus continuuum cum durationibus eorum. Dicimus enim quando fuit angelus, et respondetur heri vel hodie; non tamen quod angelus quantum ad suum esse mensureretur die hesterno vel hodierno, sed quia dies hesterna vel hodierna simul fuit cum dicta duratione angeli, scilicet cum suo ævo, vel ævuum suum simul coexistit tempori hesterno vel hodierno. Et sic de aliis, et patet de quando.

## TRAITÉ VI.

DE UBI.

## CHAPITRE PREMIER.

*Du prédicament Ubi, ce que c'est formellement, et en quoi il se trouve subjectivement.*

*Ubi* est la circonscription d'un corps provenant de la circonscription de lieu. Pour comprendre cette définition et ce que c'est que *ubi*, il faut savoir que le lieu est la surface d'un corps contenant immobile; or une chose peut être dans un lieu de deux manières, savoir, définitivement et descriptivement. Des choses sont définitivement dans un lieu quand, sans être douées de vastes dimensions, ni par elles-mêmes, ni par accident, elles ne se trouvent pas néanmoins partout, mais sont dans une partie du monde, de telle sorte qu'elles ne sont pas dans une autre, comme les anges et les âmes séparées, d'où l'on dit qu'elles sont dans un lieu définitivement, c'est-à-dire déterminativement, parce qu'elles ont une position tellement déterminée dans une partie du monde, qu'elles ne sont pas alors dans une autre partie, et par rapport à elles on ne peut pas dire proprement de *ubi* qu'il est *in*, parce que les choses qui sont en *ubi* sont contenues dans un lieu. Mais ces choses contiennent bien plutôt le lieu qu'elles ne sont contenues dans le lieu, elles ne sont donc pas proprement dans *ubi*. On dit de toutes les choses qui ont une dimension qu'elles sont circonscriptivement dans un lieu. Ne disons rien pour le moment de la manière dont la dernière sphère est dans le lieu. Il résulte de là que la quantité qui rend formellement subjective la matière étendue, la constitue en un lieu comme cause efficiente; c'est pourquoi un corps localisé par

## TRACTATUS VI.

DE UBI.

## CAPUT PRIMUM.

*De prædicamento Ubi quid sit formaliter et in quo sit subjective.*

Ubi est circumscription corporis a loci circumscriptione proveniens. Ad intelligendam prædictam descriptionem, et quid est, ubi sciendum, quod locus est superficies corporis continentis immobilis, dupliciter autem potest aliquid esse in loco, scilicet diffinitive et descriptivè. Diffinitive sunt in loco ea, quæ licet quanta non sint, nec per se nec per accidens, tamen non sunt ubique, sed ita sunt in una parte mundi, quod non sunt in alia, sicut sunt

angeli et animæ separatæ. Unde dicuntur esse in loco diffinitive, id est determinative, quia ita determinatæ sunt in una parte mundi, quod tunc non sunt in alia, et de talibus non potest proprie dici ubi esse in. Nam ea quæ in ubi continentur in loco. Sed hujusmodi magis continentur loco, quam continentur a loco; non ergo proprie sunt in ubi. Circumscriptive vero dicuntur esse in loco omnia quanta. Dimittamus modo de ultima sphaera qualiter sit in loco. Unde quantitas, quæ formaliter facit subjectam materiam quantam, efficienter facit eam esse in loco. Unde corpus locatum per suam superficiem tangit



sa surface touche la surface du corps qui contient, et comme la surface du corps localisé est déterminée, il en est de même de la surface du lieu contenant. Or on peut considérer sous deux rapports la surface du corps qui renferme; premièrement, comme étant dans le corps contenant et le dénommant, telle la quantité; secondement, comme dénommant le corps localisé, et elle constitue ainsi le prédicament *ubi* qui n'est réellement autre chose que le lieu en tant qu'affectant la chose localisée d'une dénomination extrinsèque, comme on dit citoyen de cité, Praguéen de Prague. Ou suivant la seconde opinion, le prédicament *ubi* est un rapport du lieu qui circonscrit la chose localisée. On voit par ce qui précède que le mouvement local n'est pas dans un lieu comme tel, mais il est dans le prédicament *ubi*; or le mouvement se trouve subjectivement dans ce qui est mù, c'est-à-dire dans ce qui est mobile. On dit que le mouvement est dans le genre de la forme qui s'acquiert par le mouvement, laquelle est le terme du mouvement; mais le lieu ne se meut pas, puisqu'il est le terme du contenant immobile, tandis que la chose localisée se meut. Or le lieu comme tel n'est pas la forme qui s'acquiert dans la chose localisée, mais bien la forme du contenant. Rien ne s'acquiert donc dans la chose mobile, si ce n'est *ubi*, qui est le rapport du lieu à la chose localisée, comme la circonscrivant. Ou bien c'est la domination supposant le susdit rapport dans la première opinion. Or ce rapport se trouve terminativement dans la chose localisée, suivant l'extension du lieu dont il est le rapport, de même que le fondement s'acquiert dans la chose tendant vers des *ubi* successifs, jusqu'au terme du mouvement. On voit par là que dans les autres espèces du mouvement dans le mobile lui-même, il s'acquiert une forme intrinsèque. Car dans l'altération qui se fait du froid à la chaleur, la chaleur, qui est la

---

superficiem corporis locantis. Et sicut est signata superficies corporis locati, ita et superficies locantis. Superficies autem corporis locantis potest dupliciter considerari. Uno modo ut est in corpore locante, et denominat illud, et sic est quantitas. Alio modo, ut denominat corpus locatum, et sic facit prædicamentum Ubi, quod nihil aliud est secundum rem quam locus, ut denominat locatum denominatione extrinseca, sicut dicitur civis a civitate, et Pragensis a Praga. Vel juxta secundam opinionem prædicamentum ubi est respectus loci circumscriptis locatum. Ex prædictis patet, quod motus localis non est in loco in quantum hujusmodi, sed est in prædicamento ubi, motus autem subjective est in eo quod movetur, seu in mobili. Dicitur autem motus esse in genere formæ, quæ acquiritur per motum, quæ est terminus motus, non autem movetur locus cum sit terminus continentis immobilis: movetur autem locatum, locus autem in quantum hujusmodi non est forma quæ acquiratur in locato, sed est forma locantis. Nihil ergo acquiritur in re mobili nisi ubi quod est respectus loci ad locatum, ut circumscriptit illud. Vel est dominatio supponens prædictum respectum juxta primam opinionem. Hic autem respectus terminative est in ipso locato, et secundum extensionem loci, cujus est talis respectus, ut fundamentum acquiritur in re, quæ movetur ad aliud, et aliud ubi usque ad terminum motus. Ex his patet, quod in aliis speciebus motus in ipso mobili acquiritur forma intrinseca. Nam in alteratione, quæ fit de frigore ad calorem acquiritur calor qui est

forme intrinsèque inhérente à l'objet échauffé, se trouve acquise. Dans l'augmentation et la décroissance, il s'acquiert une certaine quantité qui est aussi la forme intrinsèque inhérente; mais dans le mouvement local, ce qui s'acquiert, c'est *ubi* qui dénomme extrinsèquement. Ou bien, suivant la seconde opinion, c'est un rapport extrinsèque fondé sur le contenant et terminé dans la chose localisée, comme il a été dit. On comprend donc la définition de *ubi*, c'est-à-dire que c'est la circonscription d'un corps, ou la dénomination d'un corps localisé circonscrit, provenant de la circonscription du lieu, c'est-à-dire du lieu qui circonscrit. Ou suivant la seconde opinion, c'est la circonscription d'un corps localisé, c'est-à-dire le rapport terminé dans un corps circonscrit, provenant de la circonscription du lieu, ou fondé dans le lieu, comme circonscrivant la chose localisée.

## CHAPITRE II.

*Ubi ne reçoit ni le plus ni le moins, il n'a pas la contrariété, et se trouve dans le corps terminé par une surface.*

*Ubi* ne reçoit ni le plus, ni le moins; ni la contrariété. Car, ainsi que nous l'avons dit, *ubi* n'est autre chose que le lieu comme dénommant la chose localisée qu'il circonscrit. Ou bien, suivant la seconde opinion, c'est un rapport extrinsèque fondé dans le lieu qui circonscrit, et terminé dans la chose localisée. Ce rapport n'ajoute rien de réel au fondement, si ce n'est le terme *ad quem*, comme il a été dit plus haut au sujet de la relation. C'est pourquoi il ne signifie rien de différent du lieu. Mais le lieu ne reçoit ni le plus, ni le moins, et il n'y a rien de contraire au lieu, comme on l'a dit. Donc *ubi* ne reçoit ni le plus, ni le moins, ni la contrariété. Or le propre de *ubi*, c'est

forma intrinseca inhærens ipsi calefacto. Et in augmento et decremento acquiritur certa quantitas, quæ etiam est forma inhærens intrinsece. Sed in motu locali acquiritur ubi, quod denominat extrinsece. Vel juxta secundam opinionem est respectus extrinsecus fundatus in locante et terminatus in locato, ut dictum est. Patet ergo descriptio ipsius ubi, scilicet quod est circumscriptio corporis, id est, denominatio corporis locati circumscripti proveniens a circumscriptioe loci, id est, ab ipso loco circumscribente. Vel juxta secundam opinionem est circumscriptio corporis locati, id est, respectus terminatus in corpore circumscripto, proveniens a circumscriptioe loci, id est fundatus in loco prout circumscribit locatum.

## CAPUT II.

*Quod Ubi non suscipit magis nec minus, nec habet contrarietatem, et quod est in corpore terminato superficie.*

Ubi vero non suscipit magis nec minus et non suscipit contrarietatem. Ut enim dictum est, ubi nihil aliud est quam locus ut denominans rem locatam, quam circumscribit. Vel juxta secundam opinionem est respectus extrinsecus fundatus in loco circumscribente, et terminatus in re locata; qui respectus nihil reale addit supra fundamentum, nisi terminum ad quem, ut supra de relatione dictum est. Unde nullam rem dicit diversam a loco. Sed locus non recipit magis vel minus, nec loco aliquid est contrarium, ut supra dictum est, ergo nec ubi suscipit magis vel minus nec contrarietatem. Proprium autem ubi

d'être dans tout corps terminé ou dénommativement, ou dans la seconde opinion terminativement, bien qu'il y ait dans un corps certains autres accidents, comme la chaleur, la douceur, etc., et que certains rapports se terminent au corps, comme l'égalité et l'inégalité, néanmoins ils ne conviennent pas au corps aussi proprement qu'à *ubi*; car le corps est ce qui est limité par une surface ou par des surfaces, et c'est là la nature du corps en tant que corps. Mais comme la nature a horreur du vide, il faut nécessairement qu'elle s'adjoigne immédiatement une autre superficie qui, comme immobile, est appelée lieu et le circonscrit, c'est *ubi*. C'est pourquoi *ubi* est proprement dans le corps, parce qu'il suit immédiatement le corps comme tel. Je dis que le propre de *ubi* est d'être dans tout corps, ajoutez et non dans une autre chose, parce qu'il n'est pas dû de lieu à l'indivisible comme tel. Si, en effet, le lieu est une quantité continue, il doit être indivisible. Or la chose localisée et le lieu sont dans un rapport adéquat, d'où il résulte que si quelque indivisible étoit lieu, il s'ensuivroit que ce lieu seroit indivisible. Remarquez qu'on peut prendre l'indivisible sous deux rapports. D'abord mathématiquement, et sous ce rapport le point seul est indivisible, et, comme il a été dit, il ne lui est pas proprement dû de lieu. En second lieu, l'indivisible se prend naturellement, car on peut arriver à la plus petite parcelle de chair, laquelle étant divisée, il n'y aura plus de chair. Néanmoins cet indivisible est étendu, tandis que le point ne l'est pas, et rien n'empêche que cette sorte d'indivisible soit dans un lieu; il admet donc *ubi*. Je dis aussi que *ubi* est dans un corps terminé; si, en effet, il y avoit un corps infini, comme les anciens philosophes supposoient qu'il y en avoit un hors du ciel, ce corps ne seroit pas dans *ubi*. Tel est ce qui concerne *ubi*.

est esse in omni corpore terminato vel denominative, vel juxta secundam opinionem terminative, licet enim quædam alia accidentia sint in corpore, ut calor, dulcedo et hujusmodi, et quidam etiam respectus terminentur ad corpus, ut æqualitas et inæqualitas, tamen non ita proprie conveniunt corpori, sicut ubi. Corpus enim est quod superficie vel superficiebus terminatur, et hoc est de ratione corporis in quantum est corpus. Sed quia natura non sustinet vacuum, oportet quod statim sibi conjungatur alia superficies, quæ ut immobilis est, locus dicitur et circumscribit illud, et hoc est ubi. Unde proprie ubi est in corpore quia immediate sequitur ipsum corpus in quantum hujusmodi. Et dico, quod proprium est ubi esse in omni corpore, supple, et non in alio, quia indivisibili in quantum hujusmodi non debetur locus. Si enim lo-

cus est quantitas continua, oportet quod sit indivisibilis. Locatum autem et locus adæquantur. Unde si alicujus indivisibilis esset locus, sequeretur quod locus ille esset indivisibilis. Notandum quod indivisibile dupliciter potest sumi. Uno modo mathematicè, et sic solus punctus est indivisibilis, et cui, ut dictum est, non debetur proprie locus. Alio modo sumitur indivisibile naturaliter, est enim devenir ad minimam carnem, quæ si dividatur, non erit amplius caro. Hoc tamen indivisibile est quantum, et non punctus, et nullus prohibet tale indivisibile esse in loco: igitur in eo est ubi. Dico etiam quod ubi est in corpore terminato. Si enim esset corpus infinitum, ut ponebant primi Philosophi esse extra cælum, tale corpus non esset in ubi, et sic patet de ubi, etc.

## TRAITÉ VII.

## DE LA POSITION.

## CHAPITRE PREMIER.

*Du prédicament de position ; est-il quelque chose suivant la raison formelle ?*

La position est l'ordre ou la disposition des parties dans le lieu. Pour comprendre cela, il faut savoir que la partie est prise comme le tout d'une manière multiple. En effet, il y a un triple tout, le tout universel, potentiel et intégral, et lorsqu'on parle d'un autre tout, comme le tout dans la quantité, le tout dans le temps, le tout dans le lieu, ils se rapportent à ces trois premiers. Or on appelle tout universel un genre dont les parties subjectives sont des espèces; le tout potentiel est quelque chose où il y a des puissances qui ne peuvent être appelées ni parties intégrales, ni parties subjectives, comme l'ame est un tout potentiel par rapport à ses puissances, et chacune de ses puissances est appelée force potentielle. Le tout intégral est de deux sortes. L'un qui est constitué par les parties intégrantcs de l'essence de la chose composée. Chacune de ces parties, prise en elle-même, n'est pas destinée à exister naturellement sans l'autre, comme la forme et la matière. Il y a un autre tout intégral dont les parties séparées du tout peuvent naturellement exister par elles-mêmes, comme un morceau de bois étant divisé en deux fragments, chacune des parts peut exister par elle-même, et c'est là, comme on dit en métaphysique, *passio quanti in eo quod quantum est*. Et comme ces parties sont divisibles, elles peuvent être déterminées par l'intellect,

## TRACTATUS VII.

## DE SITU.

## CAPUT PRIMUM.

*De prædicamento situs, an aliquid sit secundum rationem formalem.*

Positio est ordo seu ordinatio partium in loco. Ad intelligendum autem prædictam descriptionem, sciendum est, quod pars multipliciter dicitur sicut et totum. Est enim triplex totum, scilicet universale, potentiale et integrale. Et si aliud totum dicatur, ut totum in quantitate, totum in tempore, totum in loco, ad ista tria reducuntur. Dicitur autem totum universale genus, cujus partes subjectivæ sunt species, totum vero potentiale dicitur aliquid, in quo sunt potentiæ, quæ nec partes inte-

grales dici possunt, nec partes subjectivæ, sicut anima respectu suarum potentiarum est totum potentiale, et quælibet ejus potentia dicitur vis potentialis. Totum vero integrale est duplex. Unum est, quod constituitur ex partibus integrantibus essentialiam rei compositæ. Quarum partium unaquæque per se accepta non est nata esse naturaliter sine alia, sicut sunt forma et materia. Aliud vero totum integrale est, cujus partes sunt natæ divisæ a toto quælibet per se esse, sicut diviso ligno toto in duo ligna unaquæque partium potest per se esse, et hæc est passio quanti in eo quod quantum est, ut dicitur V *Metaph.* Et quia tales partes sicut sunt divisibiles, ita per

quoiqu'elles ne soient pas séparées, et parce que, considérées en elles-mêmes, elles ont un certain ordre dans le tout, l'une étant considérée proprement comme étant le centre du tout, une autre comme venant ensuite, et ainsi des autres, un tel ordre est appelé puissance, laquelle est la différence de la quantité, comme il a été dit. Il ne faut pas croire cependant qu'un pareil ordre, qui est appelé puissance, soit une relation, parce que la différence de la quantité ne peut pas être dans un prédicament différent de la quantité, mais elle peut être une relation *secundum dici*, comme nous disons que la science est une relation ou un *relativus secundum dici*. Car la science est dans la première espèce de la qualité par antériorité, et secondairement elle désigne un certain rapport à ce qui est susceptible d'être connu par la science. On peut aussi considérer sous un autre point de vue les parties intégrales dont nous venons de parler dans leur comparaison avec le lieu, en tant, par exemple, qu'une partie du lieu correspond à chacune des parties ainsi coordonnées dans le tout; et cet ordre ou disposition des parties dans le lieu s'appelle position, qui est le prédicament *situs*. Il faut remarquer que le tout localisé et tout le lieu restant les mêmes, les diverses parties de la chose localisée peuvent être appliquées aux différentes parties du lieu, il y a par conséquent quelque différence entre la comparaison du tout localisé avec le tout localisé, et la comparaison des parties avec les parties, et ainsi la puissance qui désigne l'ordre des parties de la chose localisée, relativement aux différentes parties du lieu, est un prédicament différent du prédicament *ubi*, qui signifie la circonscription de la chose localisée par le lieu. Il faut observer que la superficie du corps contenant, qui est appelé lieu, et la superficie du corps contenu coexistent simultanément, et telle est la figure du corps contenu, telle est aussi la figure du lieu ou la superficie du corps contenant, et par conséquent

intellectum signari possunt, quamvis non sint divisæ, et quia in se consideratæ inter se habent aliquem ordinem in toto, quia una consideratur proprie esse centrum totius, et alia post aliam, et sic de aliis, talis ordo dicitur potentia, quæ est differentia quantitatis, ut supra dictum est. Nec tamen est credendum, quod talis ordo, qui dicitur potentia, sit relatio, quia differentia quantitatis non potest esse in alio prædicamento a quantitate, sed potest esse relatio secundum dici, sicut dicimus, quod scientia est relatio, vel relatum secundum dici. Est enim scientia in prima specie qualitatis per prius, secundario autem dicit quemdam respectum ad scibile. Alio modo possunt considerari prædictæ partes integrales, ut comparantur ad locum, prout,

scilicet cuilibet parti sic ordinatæ in toto correspondet pars loci, et talis ordo, seu ordinatio partium in loco dicitur positio, quæ est prædicamentum situs. Notandum, quod manente eodem toto locato et eodem toto loco, possunt partes diversæ locati diversis partibus loci applicari, et ideo est aliqua diversitas inter comparisonem totius locati ad totum locatum, et inter comparisonem partium ad partes, et sic potentia, quæ dicit ordinem partium locati ad diversas partes loci, est aliud prædicamentum quam prædicamentum Ubi, quod dicit circumscriptionem locati a loco. Notandum, quod superficies corporis continentis, quæ locus dicitur, et superficies corporis contenti sunt simul, et secundum quod est figura corporis contenti, sic est

il faut que le lieu ait une habitude différente par rapport à la chose localisée, suivant la situation des parties et sa différence dans le corps localisé. C'est pourquoi du lieu contenant ainsi diversement les parties de la chose localisée on dénomme cette chose même à raison de ses parties. Le prédicament de situation ou de position est ainsi appelé, comme on dit un homme assis, parce que les parties du lieu circonscrivent de cette manière les parties de la chose localisée. Ou, suivant la seconde opinion, le rapport fondé sur la chose localisée, à raison de ses parties, est la position ou situation. On voit donc par là ce que c'est.

## CHAPITRE II.

*La position est la dénomination ou le rapport tiré des parties du lieu à raison des parties de la chose localisée.*

Il faut savoir qu'il en est qui disent que la situation ou position n'est pas la dénomination ou le rapport tiré des parties du lieu à raison des parties de la chose localisée, mais bien plutôt un rapport tiré des parties de la chose localisée relativement aux parties du lieu. Si on leur objecte que s'il en étoit ainsi, il s'ensuivroit que cette dénomination ne seroit pas *ab extrinseco*, parce que le rapport fondé sur les parties de la chose localisée, suivant la première opinion, laquelle est le prédicament de situation, ne se trouve pas en dehors du tout localisé, d'où il suivroit que la situation seroit une relation. Ils répondent à cela qu'il arrive pour la situation ce que nous avons dit plus haut pour la passion, laquelle, quoique étant subjectivement dans l'objet qui la subit, dénomme néanmoins le patient d'une dénomination extrinsèque, parce qu'elle ne le dénomme qu'à raison de l'agent, qui est extérieur, et ainsi ils disent que les parties de la chose

figura loci, seu superficies continentis, et ideo secundum situationem partium et ejus diversitatem in corpore locato, necesse est locum diversam habitudinem habere ad locatum. Unde a prædicto loco sic diversimode locante partes locati denominant ipsum locatum ratione suarum partium. Dicitur prædicamentum situs seu positionis, sicut dicitur homo sedens, quia partes loci sic circumscribunt partes locati. Vel juxta secundam opinionem respectus fundatus in locato ratione suarum partium, est positio seu situs. Patet ergo quid est situs seu positio.

### CAPUT II.

*Quod positio est denominatio seu respectus sumptus a partibus loci, ratione partium locati.*

Sciendum est, quod quidam dicunt, quod

quidam dicunt, quod situs seu positio non est denominatio sive respectus sumptus a partibus loci ratione partium locati, sed potius est respectus sumptus a partibus locati ad partes loci. Et si objiciatur eis, quod si hoc esset, sequeretur quod talis denominatio non esset ab extrinseco, quia respectus fundatus in partibus locati juxta secundam opinionem, ad quam sequitur talis denominatio juxta primam opinionem quæ est prædicamentum situs, non est extra totum locatum. Unde sequetur quod situs esset relatio. Ad hoc respondent quod de situ accidit sicut de passione supra dictum est, quæ licet sit subjective in passo, tamen ab ea denominatur patiens denominatione extrinseca, quia non denominat illud nisi ratione agentis, quod est extra, et sic dicunt, quod partes locati sic ordinatæ non denominant totum in prædicamento

localisée ainsi coordonnées, ne dénomment le tout dans ce prédicament qu'à raison des parties du lieu auxquelles elles se rapportent. Et comme, ainsi que nous l'avons dit plus haut, Aristote n'a point établi ces prédicaments, et que celui qui l'a fait n'a pas une grande autorité, ni un partisan de quelque valeur, il en résulte que chacun aujourd'hui peut en penser et en dire ce qui lui plaît. Néanmoins les deux opinions pourroient se soutenir, mais la première a plutôt pour but d'établir que ce prédicament signifie la forme survenant extrinsèquement, tandis que la seconde paroît se fonder sur la signification des locations qui importent la position. Car *sessio* et *cuatio* semblent signifier plutôt la disposition des parties de la chose localisée par rapport aux parties du lieu, que *vice versa*. Il en est de même de âpre et doux, car cela est âpre dont les parties se présentent également. Quelle est la plus probable de ces opinions, j'en laisse le jugement au lecteur.

### CHAPITRE III.

*La situation ne reçoit ni le plus ni le moins, et n'a pas de contrariété, ce qui lui est propre, c'est d'assister à la substance d'une manière prochaine.*

Le *situs* ou position ne reçoit ni le plus, ni le moins, soit qu'elle soit le rapport des parties du lieu aux parties de la chose localisée ou *vice versa*, parce que ni les parties du lieu, ni les parties de la chose localisée ne reçoivent le plus et le moins, par conséquent ni le *situs* non plus. De même ce *situs* ne reçoit pas la contrariété, comme on peut le déduire de ce qui a été dit. C'est le propre du *situs* d'*assister* d'une manière prochaine à la substance matérielle. Pour comprendre cela, il faut savoir qu'*assister*, dans le sens où on prend ici ce mot, c'est être en rapport. Il faut noter que la quantité affecte la chose ma-

isto, nisi ratione partium loci, ad quas habent respectum. Et quia, ut supra dictum est, ista prædicamenta non fecit Aristoteles, et ille qui fecit, non fuit tantæ auctoritatis, nec habuit aliquem expositorem alicujus auctoritatis, ideo de eis quilibet modernorum dicit, sicut sibi videtur. Utraque tamen opinio posset salvari, sed prima magis stat ad salvandum quod hoc prædicamentum dicat formam extrinsecus advenientem. Secunda vero videtur magis stare cum significato dictionum, quæ important positionem. Nam sessio et cubatio magis videntur dicere dispositionem partium locati per respectum ad partes loci, quam e converso. Et similiter se habet de aspero et leni, asperum enim est cujus partes æqualiter porriguntur. Quæ autem istarum opinionum sit probabilior, legendis judicio relinquo, etc.

### CAPUT III.

*Quod situs non suscipit magis nec minus, nec habet contrarietatem, et quod proprium ejus est proxime assistere substantiæ.*

non currit, vel nonnullus homo currit. Sic ergo sunt tria genera affirmationum in quibus de universali aliquid prædicatur. Una, in qua de universali aliquid prædicatur universaliter, ut omnis homo est animal. Secunda in qua de universali aliquid prædicatur particulariter, ut quidam homo est albus. Tertia, in qua aliquid de universali prædicatur absque determinatione universali vel particulari, ut homo est animal. Prima enuntiatio dicitur universalis; secunda particularis; tertia indefinita, quibus si addatur singularis, in qua aliquid de singulari prædicatur, ut Sortes currit, erunt quatuor modi enuntiationum, quæ possunt esse negativæ, sicut sunt affirmativæ. Et sic patet, etc.

#### CAPUT VIII.

*De oppositione propositionum categoricarum existentium in figura quantum ad enuntiationes de inesse.*

Nunc dicendum est qualiter prædictæ enuntiationes universales, particulares et indefinitæ opponantur. Notandum, quod aliquid alicui quatuor modis potest opponi. Uno modo, relative, ut pater et filius; alio modo contradictorie, ut Sortes currit, Sortes non currit; tertio modo, privative, ut visus et cæcitas; quarto modo contrarie, ut albedo et nigredo. De oppositis relative dictum est in prædicamento relationis. Contradictio vero est oppositio cujus secundum se non est medium. Inter esse enim et non esse non est medium. Ad hoc autem quod sit contradictio inter aliqua, requiruntur septem. Primo, quod opponantur duæ propositiones, quarum una sit affirmativa, et

dont l'une affirmative et l'autre négative; 2° que ces énonciations regardent le même sujet; 3° qu'elles se rapportent au même prédicament; 4° que la prédication ne se fasse pas par rapport à diverses parties du sujet, comme quand on dit, Socrate a les dents blanches, et Socrate n'a pas la main blanche; 5° qu'il n'y ait pas une manière différente du côté du prédicat, comme lorsqu'on dit, Socrate court lentement et Socrate ne court pas rapidement; 6° qu'il n'y ait pas de différence du côté de la mesure du lieu et du temps; 7° qu'il n'y ait pas de diversité dans l'*habitus*, relativement à quelque chose d'extrinsèque, comme lorsqu'on dit, dix hommes font un grand nombre dans une maison, et ne font pas un grand nombre dans un théâtre. La privation est négative dans un sujet doué d'une aptitude propre. En effet, quoique la cécité exclue la vision, elle ne le fait pas simplement, mais bien dans un sujet susceptible naturellement de voir. Car on dit bien un animal aveugle, mais non pas une pierre aveugle. Il y a contrariété d'opposition dans les choses qui, placées dans le même genre, sont très-éloignées les unes des autres, et se trouvent tour-à-tour dans le même sujet. Car la blancheur n'est pas opposée à la blancheur, mais bien la noirceur, choses qui sont très-distantes l'une de l'autre. Il faut savoir que l'opposition ne se dit pas des susdites oppositions, comme le genre de ses espèces, mais bien comme l'analogie de son analogue. La vraie opposition, en effet, est l'opposition *simpliciter*, qui s'appelle contradiction. Les autres oppositions sont des oppositions *secundum quid*, et ne sont des oppositions qu'en tant qu'elles expriment en quelque sorte contradiction, savoir, l'être et le non-être. Il faut savoir aussi que dans la contradiction la négation est opposée à l'affirmation, de telle sorte qu'elle ne suppose rien. Mais dans la privation, la privation est opposée à l'*habitus*, de manière à

altera negativa. Secundo, quod tales enuntiationes sint ejusdem subjecti. Tertio, quod sint ejusdem prædicamenti. Quarto, quod non fiat prædicatio secundum diversas partes subjecti, sicut cum dicitur, Sortes est albus dentes, et Sortes non est albus manum. Quinto, quod non sit diversus modus ex parte prædicati, sicut cum dicitur: Sortes currit tarde, et Sortes non currit velociter. Sexto, quod non sit diversitas ex parte mensuræ loci et temporis. Septimo, quod non sit diversitas ex habitudine ad aliquid extrinsecum, sicut cum dicitur, decem homines sunt multi in domo, et non sunt multi in theatro. Privatio vero est negatio in subjecto apto nato. Licet enim cæcitas neget visum, non tamen simpliciter, sed in subjecto nato apto videre. Bene enim dicitur animal cæcum, sed non

lapis cæcus. Contrarie autem opponuntur, quæ in eodem genere posita maxime a se distant, et vicissim eidem subjecto insunt. Non enim albedini opponitur albedo, sed nigredo, quæ a se maxime distant. Sciendum, quod oppositio non prædicatur de dictis oppositionibus sicut genus de suis speciebus, sed ut analogum de suis analogatis. Vera namque oppositio est oppositio simpliciter, quæ dicitur contradictio. Aliæ vero dicuntur oppositiones secundum quid, et in tantum sunt oppositiones in quantum aliquo modo dicunt contradictionem, scilicet esse et non esse. Sciendum etiam est, quod in contradictione ita opponitur negatio affirmationi, quod nihil ponit. In privatione autem ita opponitur privatio habitui, quod supponit subjectum. In contrarietate vero ita est oppositio, quod sup-

supposer le sujet. Dans la contrariété, l'opposition est telle qu'il y a supposition du sujet et de quelque forme ; en effet, la blancheur est opposée à la noirceur, de telle manière qu'elle suppose quelque sujet à raison de quoi l'on dit qu'elles se succèdent tour à tour, et la blancheur produit une forme que ne constituent ni la négation, ni la privation. Il faut savoir que l'universelle affirmative est opposée à l'universelle négative du même sujet et prédicat contrairement. C'est pourquoi, tout homme est blanc et nul homme n'est blanc, sont des propositions contraires. La raison en est en ce que les choses très-distantes entre elles ont une opposition contraire. Car on n'appelle pas une chose noire par cela seul qu'elle n'est pas blanche, mais parce qu'à la privation de blancheur qui exprime l'exclusion du blanc, elle ajoute le noir, suprême exclusion du blanc. Donc ce qui est affirmé par cette énonciation, tout homme court, doit être exclu par cette négation, tout homme ne court pas ; car il faut que la négation écarte le mode dont le prédicat se dit du sujet désigné par ce signe *tout* ; mais à cette exclusion cette proposition, nul homme ne court, ajoute l'exclusion la plus extrême. C'est donc à bon droit qu'on appelle contraires ces propositions, tout homme court, nul homme ne court. La particulière affirmative et la particulière négative ne sont nullement opposées contrairement, c'est-à-dire d'une opposition contraire. Car les choses contraires sont séparées par une grande distance, et la particulière affirmative et la particulière négative se trouvent être des milieux entre les contraires ; or les milieux ne sont pas contraires, et n'offrent même pas une opposition contradictoire. En effet, ainsi qu'il a été dit, ce signe quelque, qui constitue une proposition particulière, désigne l'universel ou le terme commun d'une manière indéterminée ; c'est pourquoi il ne le détermine pas à telle ou telle

ponitur subjectum et aliqua forma, ita enim albedo opponitur nigredini, quod supponit aliquid subjectum, propter quod dicitur, vicissim insunt, et albedo etiam ponit aliquam formam, quod non facit negatio nec privatio. Sciendum, quod universalis affirmativa opponitur universali negativæ ejusdem subjecti et prædicati contrarie. Unde omnis homo est albus, et nullus homo est albus, sunt contraria. Ratio est, quia ut dictum est, contrarie opponuntur, quæ maxime a se distant. Non enim nigrum dicitur aliquid ex hoc solo, quod non est album, sed super hoc, quod est non esse album, quod significat remotionem albi. addit nigrum extremam remotionem ab albo. Sic ergo id quod affirmatur per hanc enuntiationem, omnis homo currit, oportet quod removeatur per hanc negationem, non omnis homo currit,

oportet enim quod negatio removeat modum quo prædicatum dicitur de subjecto, quem designat hoc signum, omnis ; sed super hanc remotionem addit hæc enuntiationem, nullus homo currit, totalem remotionem quæ est in extrema distantia. Merito ergo dicuntur contraria, omnis homo currit et nullus homo currit. Particularis autem affirmativa, et particularis negativa nullo modo opponuntur contrarie, id est, contraria oppositione. Contrarie namque differunt extrema distantia, particularis autem affirmativa, et particularis negativa, se habent sicut media inter contraria ; media autem non sunt contraria, nec etiam opponuntur contradictoriæ. Ut enim dictum est, hoc signum, quidam, quod facit propositionem esse particularem, designat universale, seu terminum communem indeterminate, unde non determinat illud ad

chose singulière. Et pour cette raison l'affirmation et la négation ne se trouveront pas dans le même sujet singulier, ce qui est requis, comme on l'a dit plus haut; aussi il n'y a aucune opposition. Elles s'appellent cependant sous-contraires, parce qu'elles sont renfermées sous des contraires. L'universelle affirmative et la particulière négative, l'universelle négative et la particulière affirmative sont opposées contradictoirement. La raison en est que la contradiction consiste dans la seule exclusion de l'affirmation par la négation; or l'universelle affirmative est exclue par la seule négation particulière, et il ne faut rien de plus. Comme par cette proposition, quelque homme ne court pas, est exclue celle-ci, tout homme court. Mais la particulière affirmative ne peut être exclue par la particulière négative, parce qu'elle ne lui est pas opposée, comme il a été dit; il faut donc qu'elle le soit par l'universelle négative. Ainsi donc ces propositions, tout homme court, quelque homme ne court pas, et nul homme ne court, quelque homme court, sont contradictoires. Toute particulière est subalterne de son universelle. Telles sont les oppositions des propositions, où se trouvent des signes et des singulières. Les indéfinies suivent la règle des particulières.

## CHAPITRE IX.

*Des équipollences des énonciations catégoriques de inesse.*

Il nous reste maintenant à parler des équipollences de ces énonciations, en quoi il faut observer que la négation mise avant le signe et par conséquent avant toute l'énonciation, est équivalente à sa contradictoire, placée au contraire après le signe dans la composition de

hoc singulare, vel ad id est. Et propter hoc affirmatio et negatio non erunt in eodem subjecto singulari, quod requiritur in contradictione, ut supra dictum est, ideo nullo modo sibi opponitur. Dicuntur tamen subcontrariæ, quia sub contrariis continentur. Universalis autem affirmativa et particularis negativa, universalis negativa et particularis affirmativa opponuntur contradictorie. Cujus ratio est, quia contradictio consistit in sola remotione affirmationis per negationem, universalis autem affirmativa removetur per solam negationem particularem, nec aliquid aliud ex necessitate exigitur. Sicut per hanc, quidam homo non currit, removetur hæc omnis homo currit. Particularis autem affirmativa non potest removeri per particularem negativam, quia sibi non opponitur, ut dictum est; oportet ergo, quod removea-

tur per universalem negativam. Sic ergo istæ, scilicet omnis homo currit, quidam homo non currit, et nullus homo currit, quidam homo currit, sunt contradictoriæ. Quælibet autem particularis dicitur subalterna suæ universalis. Et patet de oppositionibus propositionum, in quibus sunt signa, et singularium. Indefinitæ autem sequuntur regulam particularium.

### CAPUT IX.

*De æquipollentiis enuntiationum categoricarum de inesse.*

Restat nunc dicere de æquipollentiis dictionum enuntiationum, ubi nota quod negatio præposita ante signum, et per consequens ante totam enuntiationem, æquipollent suæ contradictoriæ. Posita vero post signum in compositione, scilicet enuntiationis, facit eam æquipollere suæ contrariæ.

l'énonciation, elle la rend équivalente à sa contraire, avant et après elle la rend équivalente à sa subalterne; voici la cause de ces équipollences. En effet, dans les énonciations il faut considérer la quantité, c'est-à-dire, l'universalité, la particularité et la qualité, c'est-à-dire, la négation et l'affirmation; il est de la nature de la négation de nier et d'exclure tout ce qui se trouve après elle. Ainsi donc cette énonciation, tout homme court, est universelle et affirmative, si on la fait précéder par la négation, c'est-à-dire, tout homme ne court pas, cette négation détruit l'universalité et ainsi elle reste particulière ou indéfinie, c'est-à-dire sans signe, elle équivaut à la particulière, elle enlève l'affirmation et par conséquent reste négative. Elle est donc équivalente à celle-ci, quelque homme ne court pas, qui étoit sa contradictoire. De même soit cette énonciation, nul homme ne court, il est certain que si à cette proposition universelle et négative on ajoute la négation et on dit, quelque homme court, la négation détruit l'universalité; ce sera donc une particulière: elle détruit aussi la négation et elle sera ainsi affirmative, quelque homme court, ce qui étoit sa contradictoire, il en sera de même des particulières. En effet, cette proposition, *non quidam homo currit*, équivaut à celle-ci, *nullus homo currit*, et pour la même raison celle-ci, *non quidam homo non currit*, équivaut à celle-ci, *quilibet homo currit*. De même en prenant cette énonciation, *omnis homo currit*, et mettant la négation après le signe universel de cette manière, *omnis homo non currit*, la négation ne trouvant pas le signe après elle, ne le nie pas, et par conséquent l'énonciation reste universelle: mais la négation détruit l'affirmation et de cette façon l'énonciation devient négative et universelle, elle équivaut donc à sa contraire, c'est-à-dire à celle-ci, *nullus homo currit*. De

Præposita vero et postposita facit eam æquipollere suæ subalternæ. Causa autem istarum æquipollentiarum est. Nam in enuntiationibus predictis est considerare quantitatem, videlicet universalitatem, particularitatem et qualitatem, scilicet negationem et affirmationem, hoc est a natura negationis, ut neget, et tollat totum quod invenit post se. Sic ergo ista enuntiatio, *omnis homo currit*, est universalis et affirmativa, cui si præponatur negatio, scilicet *non omnis homo currit*, ista negatio tollit universalitatem, et sic remanet particularis vel indefinita, scilicet sine signo, quæ æquipollet particulari, et tollit affirmationem, et per consequens remanet negativa. Æquipollet ergo huic, scilicet *quidam homo non currit*, quæ erat sua contradictoria. Similiter sit hæc enuntiatio, *nullus homo currit*, certum est quod hoc est, cui scilicet universali et negativæ præ-

ponatur sibi negatio, et dicatur, nonnullus homo currit, negatio tollit universalitatem. Ergo erit particularis. Tollit etiam negationem, et sic erit affirmativa, hæc scilicet, *quidam homo currit*, quæ erat sua contradictoria. Et idem erit de particularibus. Nam hæc, *non quidam homo currit*, æquipollet huic, *nullus homo currit*, et propter hanc causam hæc, *non quidam homo non currit*, æquipollet huic, scilicet *quilibet homo currit*. Similiter etiam si sumatur hæc enuntiatio, *omnis homo currit*, et postponatur negatio signo universali, et ponatur ad compositionem sic, *omnis homo non currit*, quia negatio non invenit post se signum, non negat illud, et per consequens remanet universalis enuntiatio, aufert autem negatio affirmationem, et sic facta est enuntiatio negativa et universalis, æquipollet ergo suæ contrariæ, scilicet huic, *nullus homo currit*. Similiter hæc, *nullus*



même celle-ci, *nullus homo currit*, est universelle et négative, car le signe négatif nie la composition de l'énonciation.

Que l'on mette donc après la négation et qu'on dise, *nullus homo non currit*, la négation n'ayant pas de signe après elle reste une énonciation universelle, et comme elle étoit négative dans la composition, elle détruit la négation et reste affirmative, *omnis homo currit*, ce qui étoit sa contraire. Qu'on prenne également celle-ci, *omnis homo currit*, qui est universelle et affirmative, qu'on la fasse précéder et suivre de la négation, de cette manière, *non omnis homo non currit*, il est certain que la seconde négation nie sa composition. C'est pourquoi en supposant qu'elle fût négative, *omnis homo non currit*, il s'ensuit que la négation précédente trouve après elle l'universalité qu'elle détruit et la rend ainsi particulière, elle trouve également la négation qu'elle détruit et la rend affirmative, et elle devient celle-ci, *quidam homo currit*, qui étoit sa subalterne. Il en est de même de toutes les autres en les faisant précéder et suivre de la négation, parce qu'elles équivalent à leur subalterne qu'il soit universel ou particulier. Il faut observer qu'il arrive quelquefois qu'il se rencontre dans la même énonciation deux signes universels négatifs, l'un dans le sujet et l'autre dans le prédicat, comme dans celle-ci, *nullus homo nullum animal est*, je dis que cette proposition équivaut à cette autre, *omnis homo aliquod animal est*. La raison en est que chacun de ces signes est universel et renferme en soi la négation; et comme la négation ne précède pas le premier signe, l'énonciation reste universelle. Donc la négation renfermée dans le premier signe qui est un signe universel et négatif précède la négation ou le second signe qui est un signe universel et un signe négatif; et comme elle trouve l'universalité, il s'ensuit qu'elle

homo currit, est universalis et negativa; nam signum negativum negat compositionem enuntiationis.

Postponatur ergo ei negatio, et dicatur, nullus homo non currit, quia negatio non habet signum post se, remanet enuntiatio universalis, et quia erat negativa quantum ad compositionem, aufert negationem, et remanet affirmativa hæc, scilicet omnis homo currit, quæ erat sua contraria. Similiter etiam sumatur ista, omnis homo currit, quæ est universalis et affirmativa, et præponatur sibi, et postponatur negatio sic, non omnis homo non currit, certum est, quod secunda negatio negat ejus compositionem. Unde dato quod illa esset negativa, hæc scilicet, omnis homo non currit, præposita ergo negatio invenit post se universalitatem quam tollit, et sic facit eam particularem; invenit et negationem quam tollit, et facit eam affirmativam, et

erit hæc, scilicet quidam homo currit, quæ erat sua subalterna. Et sic est de omnibus aliis si præponatur, et postponatur in eis negatio; quia æquipollent suo subalterno sive sit universalis, sive particularis. Notandum quod aliquando contingit, quod in eadem enuntiatione sunt duo signa universalis negativa, unum videlicet in subjecto, et alterum in prædicato, sicut in hac, nullus homo nullum animal est, dico, quod ista æquipollent huic, omnis homo aliquod animal est. Ratio est, quia quodlibet ditorum signorum est universale et habet in se negationem; et quia non præponitur negatio primo signo, remanet enuntiatio universalis. Ergo negatio inclusa in primo signo, quod est signum universale, et negativum præponitur negationi, seu secundo signo, quod est signum universale, et signum negativum; et quia invenit universalitatem, destruit ergo universalitatem, et

détruit cette universalité et reste particulière; elle détruit aussi la négation et de cette manière elle reste une énonciation affirmative, *omnis homo aliquod animal est*. Que l'on dise, comme on le fait communément, que *nullus non* équivaut à *omnis*, et je dis que *non* est la négation renfermée dans le second signe, tandis que *non nullus* équivaut à *quoddam*, et je prends *nullus non* pour la négation qui est dans le premier signe, et il reste ainsi cette proposition, *omnis homo aliquod animal est*. On fait de toutes ces équipollences le vers suivant :

Præ contradic. post contra. præ postque subalter.

lequel s'explique ainsi; *præ*, c'est-à-dire la négation précédente, le *contradic.*, fait équivaloir à son contradictoire; *post*, la négation mise après fait équivaloir à son contraire, *præ postque*, la négation qui précède et qui suit fait équivaloir à son subalterne. Telles sont les équipollences des énonciations catégoriques.

## CHAPITRE X.

*Comment les énonciations catégoriques de inesse se rapportent à la vérité et à la fausseté.*

Nous allons dire maintenant quels sont les rapports de ces énonciations à la vérité et à la fausseté. Remarquez bien, ainsi qu'il a été dit, qu'une chose peut-être énoncée de l'universel en tant qu'il se trouve dans les singuliers de deux manières, affirmativement, et être écartée négativement, la première quand on lui attribue quelque chose à raison de l'universel même, soit que cela appartienne à son essence ou suive ses principes essentiels, comme lorsqu'on dit : *homo est animal risi-*

remanet particulare, destruit negationem, et sic remanet enuntiatio affirmativa, hæc scilicet, omnis homo aliquod animal est. Vel dicatur, sicut communiter dicitur, quod nullus non, æquipollet ei, quod est omnis, et dico non scilicet negationem quæ continetur in secundo signo, non nullus vero æquipollet ei quod est quoddam, et nullus non, sumo pro negatione; quæ est in primo signo, et sic remanet, omnis homo aliquod animal est. De omnibus his æquipollentiis datur versus :

Præ contradic. post contra. præ postque subalter.

Qui sic intelligitur præ, id est negatio præposita; contradic. id est facit æquipollere suo contradictorio; post, id est negatio postposita, facit æquipollere suo contra id est contrario. Præ postque id est negatio quæ

præponitur et postponitur facit æquipollere suo subalterno. Et sic patet de æquipollentiis categoricarum.

### CAPUT X.

*Quomodo enuntiationes categoricæ de inesse sibi in figura, se habent ad veritatem et falsitatem.*

Modo dicendum est quomodo se habent prædictæ enuntiationes quantum ad verum et falsum. Ubi nota, quod sicut supra dictum est, de universali secundum quod est in ipsis singularibus, dupliciter potest aliquid enuntiari, scilicet affirmative, et removeri negative. Uno modo quando attribuitur sibi aliquid ratione ipsius universalis, vel quod pertineat ad ejus essentiam, vel quod sequatur principia ejus essentialia, ut cum dicitur, homo est animal risibile,

*bile*, et c'est ce qu'on appelle la matière naturelle ou nécessaire. Ce qui est exclu de l'universel de cette manière à raison de la nature même, c'est-à-dire de l'universel, est appelé matière éloignée ou impossible, comme *homo est asinus*. En second lieu, quand on lui attribue quelque chose à raison de quelque singulier où se trouve cette nature de l'universel, comme lorsqu'on dit, *homo currit*, et c'est ce qu'on appelle matière contingente. Il faut savoir que dans la matière naturelle et dans la matière éloignée, si une des contraires est vraie, l'autre est fausse et réciproquement. La raison en est que si la matière qui se trouve en rapport avec la nature de l'universel est appelée matière naturelle, il s'ensuit qu'elle convient à tout ce qui est contenu en lui, de telle façon que l'universelle affirmative sera vraie, et l'universelle négative qui exclut cette matière de tout ce qui est contenu en lui, sera nécessairement fausse. Car elle dit que ce qui est n'est pas, et c'est là la fausseté, dire que ce qui est n'est pas ou que ce qui n'est pas est. De même dans la matière éloignée l'universelle négative est vraie, parce qu'elle écarte tel prédicat de tout ce qui est contenu sous tel universel. Donc l'universelle affirmative sera aussi alors dite fausse, parce qu'elle dit que ce qui n'est pas est, et il en sera de même par rapport à elle pour ses subalternes particulières. Comme en effet, la matière naturelle convient à tout ce qui est contenu sous l'universel, il en résulte que dans cette matière la particulière affirmative sera vraie, et la négative fausse : le contraire aura lieu dans la matière éloignée, au contraire dans la matière contingente les deux contraires peuvent être fausses; on peut en trouver la raison dans ce que nous avons dit. Si, en effet, dans cette matière on n'attribue quelque chose à l'universel qu'à raison de quelque particulier contenu en lui, il est

---

et hæc vocatur materia naturalis seu necessaria. Quod autem isto modo ab universalis removetur ratione ipsius naturæ, scilicet universalis, dicitur materia remota, seu impossibilis, ut homo est asinus. Secundo modo, quando attribuitur sibi aliquid ratione alicujus singularis, in quo hæc natura universalis invenitur, ut cum dicitur, homo currit, et hæc dicitur materia contingens. Sciendum, quod in materia naturali et in materia remota, si una contrariorum est vera, reliqua est falsa, et e converso. Et causa hæc est, quia si illa dicitur materia naturalis, quæ provenit secundum naturam universalis, ipsa ergo convenit omni contento sub eo, sic quod universalis affirmativa erit vera, universalis autem negativa, quæ removet hanc materiam ab omni contento sub eo, necessario erit falsa. dicit enim non esse quod est, quod est falsum, scilicet dicere non esse quod est, vel esse quod non est. Similiter etiam in materia remota, universalis negativa est vera, quia removet tale prædicatum ab omni contento sub tali universalis. Universalis ergo affirmativa, tunc etiam dicitur falsa, quia dicit esse quod non est; et simili modo se habebit de suis particularibus sibi subalternis. Materia enim naturalis, quia omnibus contentis sub universalis convenit, ideo in tali materia particularis affirmativa erit vera, negativa vero falsa; contra se habebit in materia remota. In materia vero contingenti, ambæ contrariæ possunt esse falsæ, et causa potest haberi ex dictis. Si enim in tali materia non attribuitur universalis aliquid nisi ratione particularis alicujus contenti sub eo, affirmare illud de omnibus particularibus falsum est, quia dicitur

faux de l'affirmer de tous les particuliers, parce qu'on dit être ce qui n'est pas; il est également faux de le nier de tous les particuliers ou singuliers, parce qu'on dit que ce qui est n'est pas. Elles sont donc toutes deux fausses, les particulières, au contraire, sont toutes deux vraies, parce que chacune peut se conserver dans une singulière. Aristote en donne une autre raison : Les contraires, dit-il, s'excluent mutuellement. Ces deux contraires ne pourront donc pas subsister ensemble, ce qui est vrai, néanmoins rien n'empêche que leurs exclusions subsistent ensemble; de même que le blanc et le noir ne peuvent subsister ensemble, cependant rien n'empêche que leurs exclusions subsistent ensemble, car le faux est l'exclusion des deux qualités. Dans toute matière soit naturelle, soit éloignée, soit contingente, si une des contradictoires est vraie, l'autre est fautive et réciproquement. En effet, ou les énonciations contradictoires sont singulières, comme il a été dit, ou l'une est universelle et l'autre particulière et sont telles que l'une exclue l'autre. C'est pourquoi si l'une est négative, l'autre est affirmative, et si l'affirmative est vraie, elle dit que ce qui est est réellement, ce qui est le vrai, comme il est dit au liv. IV de la Métaphysique : Car le vrai est que ce qui est soit réellement, et que ce qui n'est pas ne soit réellement pas. Le faux, au contraire, est que ce qui est ne soit pas, et que ce qui n'est pas soit. La négative contradictoire sera fautive parce qu'elle dit que ce qui est n'est pas, pareillement si la négative est vraie, elle dit que ce qui est n'est pas, et l'affirmative dit alors que ce qui n'est pas est réellement, ce qui est faux. Et comme il n'y a pas de milieu entre être et ne pas être et que l'un exclut l'autre, parce qu'on ne peut dire du même sujet des choses impossibles et que l'être et le non-être ne peuvent être vrais en même temps, il en est de même des contradictoires, parce que l'une attribue l'être et l'autre le non-être au même sujet; c'est pour cela que l'une

quod non est esse; similiter etiam illud negare ab omnibus particularibus seu singularibus falsum est, quia dicitur, quod est non esse. Ambæ ergo sunt falsæ. Particulares vero, quia quælibet potest salvari in una singulari, ambæ sunt veræ. Aliam rationem assignat Aristoteles. Nam ut dicit, contraria mutuo se expellunt, ambæ istæ contrariæ non poterunt simul esse, quod est verum, remotiones tamen earum nihil prohibet simul esse sicut album et nigrum non possunt esse simul, remotiones tamen amborum nihil prohibet esse simul, falsum enim est remotio amborum. In omni materia sive naturali sive remota, seu contingenti, si una contradictoriarum est vera, reliqua est falsa et *é* converso. Contradictoriæ enim enuntiationes, vel sunt singu-

lares, ut dictum est, vel una est universalis et altera particularis, et hoc habent, quia una removet aliam. Unde si una est negativa, altera est affirmativa, et si affirmativa erit vera, dicit esse quod est, et hoc est verum, ut dicitur IV *Metaph.*, verum enim est esse quod est, et non esse quod non est. Falsum autem est non esse quod est, et esse quod non est. Negativa vero sibi contradictoria, quia dicit non esse, quod est, erit falsa. Similiter si negativa est vera, dicit non esse quod non est, et affirmativa tunc dicit esse quod non est, quod est falsum. Et sicut inter esse et non esse non est medium, et unum removet alterum, quia impossibilia est dici de eodem, et verificari simul esse et non esse, sic etiam contradictoriæ, quia una ponit de eodem esse, et

exclut toujours l'autre. Comme le vrai et le faux consistent dans cet être et ce non-être, comme il a été dit, il n'y a donc pas de milieu, si l'une est vraie, l'autre est fausse et réciproquement. Voilà en quoi consiste la vérité ou la fausseté des propositions *de inesse*, etc.

## CHAPITRE XI.

*Ce que c'est que la proposition modale, et de sa quantité.*

Nous allons parler maintenant des propositions modales. Le mode, dans le sens où il est pris ici, est une détermination adjacente à la chose, c'est-à-dire une détermination faite par un adjectif. Or il y a deux sortes d'adjectif, l'adjectif de nom, comme blanc et noir, et l'adjectif de verbe, tels que les adverbes. Comme l'adverbe est joint au verbe et s'appuie toujours sur lui, il s'appelle pour cette raison adjectif du verbe. Il y aura donc ainsi deux modes, le mode nominal, comme lorsqu'on dit une course rapide; et le mode adverbial, comme lorsqu'on dit il court rapidement. Il faut observer que les adverbes peuvent déterminer les verbes de plusieurs manières: quelques-uns les déterminent à raison de l'action ou de la passion qui signifie le verbe, comme je cours rapidement, ou j'agis courageusement, et c'est ce que font les adverbes qualificatifs. Quelques-uns à raison du temps, comme les adverbes temporaux; d'autres à raison du mode, comme les adverbes vocalifs ou optatifs. D'autres déterminent le verbe à raison de la composition qu'il opère dans le discours, et ceux-ci sont au nombre de six, savoir: *necessario*, *impossibilitèr*, *possibilitèr*, *contingenter*, *vero* et *falso*. En effet, lorsqu'on dit: Socrate court rapidement, on exprime que sa course est rapide; mais

altera de eodem non esse, ideo una semper removet alteram. Et quia in tali esse, vel non esse consistit verum vel falsum, ut dictum est. Ergo sine medio si una est vera, reliqua est falsa, et e converso. Et sic patet de veritate et falsitate dictarum propositionum de inesse, etc.

### CAPUT XI.

*Quid sit propositio modalis, et de ejus quantitate.*

Nunc restat ponere vel dicere de propositionibus modalibus. Modus autem, ut hic sumitur, est adjacens rei determinatio, id est determinatio facta per adjectivum. Est autem adjectivum duplex, scilicet nominis, ut album et nigrum, et verbi, cujusmodi sunt adverbia: quia enim adverbium stat juxta verbum, et semper nititur verbo,

ideo dicitur esse adjectivum verbi. Et sic modus erit duplex, scilicet nominalis, ut cum dicitur, cursus velox, et adverbialis, ut cum dicitur, currit velociter. Notandum, quod adverbia multipliciter possunt determinare verba. Quædam determinant ipsum rationes actionis vel passionis, quam verbum significat, ut curro velociter, vel ago fortiter, et hoc faciunt adverbia qualitativa. Quædam vero ratione temporis, ut adverbia temporalia. Alia vero ratione modi, ut adverbia vocandi et optandi. Quædam vero determinant verbum ratione compositionis quam facit in oratione, et ista sunt sex, scilicet necessario, impossibilitèr, possibilitèr, contingenter, vero et falso. Cum enim dicitur, Sortes currit velociter, signatur quod cursus ejus sit velox; sed cum dicitur, necessario Sortes currit,

lorsqu'on dit : Socrate court nécessairement, on ne veut pas dire que sa course soit nécessaire, mais bien que cette composition, Socrate court, est nécessaire, et de même des cinq autres adverbies précités. Il faut savoir que ces six adverbies sont de vraies énonciations modales, parce qu'ils peuvent faire des propositions modales pris adverbialement, comme lorsqu'on dit : Socrate court nécessairement, et nominallement, comme lorsqu'on dit qu'il est nécessaire que Socrate coure, et ainsi des autres. Il est vrai que deux de ces modes, savoir : *vero* et *falso* ne diversifient pas l'énonciation relativement aux oppositions, aux équipollences et autres choses de ce genre, mais ils ont les mêmes rapports ou sont pris ici comme dans les catégoriques *de inesse*, aussi nous n'en dirons rien. Mais nous allons parler des quatre autres adverbies, savoir : *possibiliter*, *impossibiliter*, *necessario*, *contingenter*, parce qu'ils diversifient les susdites énonciations. Nous nous occuperons pour le moment de quatre choses à ce sujet, de la quantité, de la qualité, des oppositions et équipollences, parce qu'il sera question de leur conversion dans le traité des syllogismes où l'on parlera également de la conversion des énonciations *de inesse*. Or, pour connoître leur quantité, il faut observer qu'il y a des propositions modales de diction, comme *Sortem currere est necesse*, dans lesquelles la diction est sousajoutée et le mode énoncé : et celles-ci sont vraiment modales, parce qu'ici le mode détermine le verbe à raison de la composition, comme il a été dit plus haut. Il en est d'autres qui sont modales *de re*, dans lesquelles le mode est interposé à la diction, comme *Sortem necesse est currere*. En effet, le sens n'est pas que cette diction est nécessaire, je veux dire *sortem currere*, mais le sens est qu'il y a dans Socrate la nécessité de courir. La chose est plus claire dans le pos-

non significatur quod cursus ejus sit necessarius, sed quod ista compositio, scilicet Sortes currit, sit necessaria, et sic de aliis quinque adverbis jam dictis. Sciendum, quod prædicta sex adverbia faciunt veras enuntiationes modales : quia possunt facere propositiones modales adverbialiter sumpta, ut cum dicitur Sortes currit necessario ; et nominaliter, ut cum dicitur, Sortem currere est necesse, et sic de aliis. Verum est autem, quod duo istorum modorum, scilicet vero et falso, non variant enuntiationem quantum ad oppositiones, æquipollentias, et hujusmodi, sed eodem modo se habent, seu eodem modo sumuntur in eis, sicut in categoricis de inesse, ideo de eis prætermittamus. Sed quia alia quatuor adverbia, scilicet possibiliter, impossibiliter, necessario, contingenter, prædictas enuntiationes variant, ideo de ipsis dicamus.

De his autem ad præsens videbimus quatuor, scilicet quantitatem, qualitatem, oppositiones et æquipollentias, quia de conversione ipsarum dicetur in tractatu de syllogismis, ubi etiam dicetur de conversione enuntiationum de inesse. Ad sciendum autem earum quantitatem, notandum quod quædam sunt propositiones modales de dicto, ut Sortem currere est necesse, in quibus scilicet dictum subjicitur et modus prædicatur ; et istæ sunt vere modales, quia modus hic determinat verbum ratione compositionis, ut supra dictum est. Quædam autem sunt modales de re, in quibus videlicet modus interponitur dicto, ut Sortem necesse est currere, non enim modo est sensus, quod hoc dictum sit necessarium, scilicet Sortem currere, sed hujus sensus est, quod in Sorte sit necessitas ad currendum. Et clarius apparet de possibili.

sible, car lorsqu'on dit *Sortem currere est possibile*, le sens est que cette diction *Sortem currere est possibile*; mais lorsqu'on dit *Sortem possibile est currere*, le sens est qu'il y a dans Socrate la possibilité de courir. Il y a encore d'autres énonciations qui paroissent modales et qui ne le sont pas, quand le mode est sousajouté et la diction énoncée, comme *possibile est Sortem currere*. La raison en est que la dénomination doit se tirer de la forme; or dans l'énonciation le formel est le prédicat et doit par conséquent être dénommé par le prédicat: donc, quand dans l'énonciation la prédication tombe sur le mode, elle est modale, quand c'est sur la diction, elle ne l'est pas. Il faut savoir que toutes les énonciations modales *de dicto* sont singulières, quel que soit en elles le signe universel. C'est pourquoi celle-ci, *omnem hominem currere*, est singulière, et ainsi de toutes les autres. La raison, c'est que, comme il a été dit, l'énonciation est appelée singulière, parce qu'il y a en elle un singulier, ou un terme singulier comme Socrate court. Mais dans ces énonciations on insère cette diction déterminée, *omnem hominem currere*, qui est prise tout entière pour un terme déterminé. Donc tous ces énonciations sont singulières. Mais dans les modales *de re* et dans celles qui paroissent modales sans l'être, la quantité est prise suivant qu'il y a dans la diction des termes et des signes. C'est pourquoi celle-ci, *possibile est omnem hominem currere*, est universelle; et celle-ci, *possibile est aliquem hominem currere*, est particulière; ainsi en est-il des modales *de re*. Telle est leur quantité.

---

<p>Cum enim dicitur, Sortem currere est possibile, sensus est, quod hoc dictum, scilicet Sortem currere est possibile. Sed cum dicitur Sortem possibile est currere, sensus est quod in Sorte sit possibilitas currendi. Sunt autem et aliæ enuntiationes, quæ videntur modales et non sunt, quando videlicet modus subjicitur et dictum prædicatur, ut possibile est Sortem currere. Ratio hujus est, quia denominatio debet sumi a forma, formale autem in enuntiatione est prædicatum, et ideo a prædicato debet denominari. Cum ergo in enuntiatione prædicatur modus, erit modalis; cum vero prædicatur dictum, non erit modalis. Sciendum quod omnes enuntiationes modales de dicto sunt singulares, quantumcumque sit in eis signum universale. Unde</p>	<p>hæc, omnem hominem currere est possibile, est singularis, et sic de omnibus aliis. Ratio hujus est. Nam ut supra dictum est, enuntiatio dicitur singularis quia in ea subjicitur singulare, seu terminus singularis ut Sortes currit. Sed in talibus enuntiationibus subjicitur hoc dictum signatum, scilicet omnem hominem currere, quod totum accipitur pro uno termino signato, omnes ergo tales enuntiationes sunt singulares. In modalibus vero de re, et in his quæ videntur modales, et non sunt, sumitur quantitas secundum quod in dicto sunt termini, et signa. Unde hæc, possibile est omnem hominem currere, est universalis: et hæc, possibile est aliquem hominem currere, est particularis, et sic se habet de modalibus de re. Patet ergo de earum quantitate.</p>
---	---

## CHAPITRE XII.

*De la qualité des propositions modales quant à l'affirmation et à la négation.*

Quant à leur qualité, il faut noter que dans les énonciations *de inesse*, il y a trois choses à considérer, savoir, le sujet, le prédicat et la combinaison de l'un et de l'autre, qui quelquefois ont des rapports, comme dans les choses naturelles. Dans l'homme il faut considérer le corps, l'ame et l'humanité. Le corps est la matière, l'ame est la forme qui est une partie du composé, c'est pourquoi elle est forme par rapport au corps, et l'humanité est forme par rapport à l'un et à l'autre, c'est-à-dire au corps et à l'ame. Ainsi, dans la proposition ci-dessus, dans l'énonciation, le sujet est comme la matière, le prédicat comme la forme qui est une partie du composé. C'est pourquoi il est comme forme à l'égard du sujet, tandis que la composition est forme à l'égard de l'un et de l'autre. Aussi l'affirmation et la négation y sont-elles prises suivant la composition ou la division, lorsqu'il y a négation. C'est pourquoi lorsqu'il n'y a pas de négation dans la composition, l'énonciation est affirmative, mais s'il y a négation, l'énonciation est négative. Le mode est pour les modales ce qu'est le prédicat pour celles *de inesse*, parce qu'il est comme la forme par rapport à la diction; aussi, si le mode se combine avec la phrase d'une manière affirmative, la modale sera affirmative, si c'est négativement, la proposition sera négative. Celle-ci, en effet, *Sortem non currere est possibile*, est affirmative, parce que la combinaison est quelque peu affirmée par la phrase. Mais cette autre, *Sortem currere non est possibile*, est négative, parce que cette composition est niée. On le voit claire-

## CAPUT XII.

*De qualitate propositionum modalium quoad affirmationem et negationem.*

Sequitur de ipsarum qualitate. Ubi nota, quod in enuntiationibus de inesse, est tria considerare, scilicet subjectum, prædicatum, et compositionem utriusque, quæ ita se habent quodammodo, sicut in naturalibus. In homine enim est considerare corpus, et animam, et humanitatem. Corpus est materia: anima est forma, quæ est pars compositi; unde forma est respectu corporis, humanitas vero est forma respectu utriusque, scilicet respectu corporis, et animæ. Sic in proposito, in enuntiatione subjectum est sicut materia: prædicatum vero sicut forma, quæ est pars compositi. Unde

est quasi forma respectu subjecti, compositio vero est forma utriusque. Unde in eis affirmatio, et negatio sumitur secundum compositionem, vel divisionem: ubi est negatio. Unde quando in compositione non est negatio, erit enuntiatio affirmativa: si vero in ea est negatio, est enuntiatio negativa. In modalibus autem sicut se habet in illis de inesse prædicatum, sic se habet modus, quia est, ut forma respectu dicti: et ideo si modus componitur cum dicto affirmative, modalis erit affirmativa: si vero negative, propositio erit negativa. Hæc enim, *Sortem non currere est possibile*: est affirmativa, quia compositio modicum dicto affirmatur. Hæc autem, *Sortem currere non est possibile*, est negativa, quia talis compositio negatur. Et hoc clare apparet in



ment dans leur vérité et leur fausseté. En effet, l'affirmation sur le même singulier est opposée contradictoirement à la négation, et par conséquent, si l'une est vraie, l'autre est fausse. Mais celles-ci, *Sortem currere est possibile*, *Sortem non currere est possibile*, sont toutes deux vraies, parce que Socrate peut courir et peut ne pas courir, et la possibilité est vraie à l'égard de l'une et l'autre phrase. Donc l'une n'est pas affirmative et l'autre négative. Il faut savoir que, bien que l'énonciation modale soit dite affirmative ou négative du mode affirmé et nié, chacune peut néanmoins se diversifier de quatre manières, parce qu'elle aura et la diction affirmée, comme, *Sortem currere est possibile*, ou l'un et l'autre nié, comme, *Sortem non currere non est possibile*, ou la diction niée et le mode affirmé, comme, *Sortem non currere est possibile*, ou la diction affirmée et le mode nié, comme, *Sortem currere non est possibile*. Telle est la qualité.

### CHAPITRE XIII.

#### *De l'opposition et de l'équipollence des énonciations modales.*

Nous allons parler maintenant de leur opposition. Notez bien que les modales de cette espèce sont différentes suivant l'affirmation et la négation dans la diction et dans le mode, comme on vient de le dire, et c'est ainsi qu'elles produisent des oppositions entre elles. Mais comme les différents modes sont opposés les uns aux autres, nous allons d'abord nous occuper des oppositions des modales suivant les différents modes, ensuite nous ramènerons un mode à un autre, et l'on verra ainsi clairement les oppositions. Il faut observer que le possible peut se prendre de deux manières; ou dans son tout signifié, et alors il comprend le nécessaire et le contingent, et ainsi ce qui a la

veritate, et falsitate earum. Affirmatio enim de eodem singulari opponitur contradictorie negationi, et per consequens si una est vera, reliqua est falsa: sed ista: *Sortem currere est possibile*. *Sortem non currere est possibile*, ambæ sunt veræ, quia *Sortes* potest currere, et potest non currere, et de utroque dicto verificatur possibilitas: non ergo est una affirmativa, et alia negativa. Sciendum, quod licet enuntiatio modalis dicatur affirmativa et negativa a modo affirmato, et negato, tamen quælibet potest quadrupliciter variari: quia, vel habebit utrumque, scilicet dictum, et modum affirmatum, ut *Sortem currere est possibile*. Vel utrumque negatum, ut *Sortem non currere non est possibile*, vel dictum negatum, et modum affirmatum, ut *Sortem non currere est possibile*. Vel dictum affirmatum, et modum

negatum, ut *Sortem currere non est possibile*. Et sic patet de ejus qualitate.

#### CAPUT XIII.

##### *De oppositione et æquipollentia enuntiationum modalium.*


Nunc videndum est de earum oppositione. Ubi nota, quod modales hujusmodi variantur secundum affirmationem et negationem in dicto, et in modo sicut immediate dictum est, et sic faciunt inter se oppositiones. Sed quia diversi modi sibi invicem opponuntur, ideo primo dicendum est de oppositionibus modalium secundum diversos modos: postea reducemus unum modum ad alium per æquipollentias, et sic patebunt omnium oppositiones. Notandum, quod possibile dupliciter potest sumi, vel in toto suo significato, et tunc comprehendit necessarium, et contingens, et sic, quod

nécessité d'être a la possibilité d'être, et ce qui est contingent dans l'être a la possibilité d'être. De la seconde manière il n'est pris que pour le contingent, et c'est ainsi qu'il est pris dans ces oppositions. C'est pourquoi, quoiqu'il y ait quatre énonciations modales, il n'y en a que trois qui opèrent une diversité dans les oppositions et les équipollences, parce qu'on prend pour la même une chose du contingent, et une autre chose du possible. Disons donc quelque chose de ces trois modes, savoir, le nécessaire, le possible, l'impossible. Et quoique, quand la prédication se fait substantiellement de la diction et du mode, l'énonciation ne soit point modale, elle est néanmoins ramenée promptement à la modale, et c'est ainsi que nous nous servons bientôt de ces énonciations. Il faut savoir que, comme on l'a dit dans les énonciations *de inesse*, ce signe *tout* signifie que le prédicat de l'énonciation est attribué au sujet, suivant tout ce qui est contenu en lui. Au contraire, ce signe *nul* exclut du sujet tout ce qui est contenu en lui, et c'est pour cela que l'universelle affirmative et l'universelle négative sont contraires. De même, dans ces énonciations modales, ce mode *neccessesse* fait signifier toute l'inhérence du sujet au prédicat, parce que ce qui est nécessairement inhérent est inhérent à telle chose tout entière, et tient par conséquent la même place, c'est-à-dire la modale affirmative *de necessario*, et l'universelle affirmative *de inesse*. Et comme aucun n'exclut le tout, il en est de même de l'impossible, parce que ce qui *inest impossibiliter*, *nulli tali inest*, et par conséquent la proposition de l'impossible tient lieu de l'universelle négative. Et comme en affirmant on ne met pas toute l'inhérence, de même en niant on n'exclut pas tout ce qui est contenu sous le sujet; ainsi ce mode *possibile*, parce que ce qui *possibiliter inest*, n'est pas inhérent à tout, et ce qui *possibiliter non inest*, *non inest*

neccessesse est esse, possibile est esse, et quod contingens est esse, possibile est esse. Alio modo sumitur solum pro contingenti, et sic sumitur in istis oppositionibus. Unde licet quatuor sint enuntiationes modales, tres tamen earum faciunt diversitatem in oppositionibus et æquipollentiis, quia illa de contingenti, et illa de possibili pro eadem sumuntur. De istis ergo tribus modis dicamus, scilicet neccessesse, impossibile, possibile. Et licet ut dictum est, quando modus substantialiter, et dictum prædicatur, enuntiationo non sit modalis, tamen cito reducitur ad modalem, et sic modo enuntiationibus illis utemur. Sciendum, quod sicut dictum est in enuntiationibus de inesse, hoc signum omnis designat, quod prædicatum enuntiationis attribuitur subjecto quantum ad totum illud, quod sub eo con-

tinetur: hoc vero signum nullus removet a subjecto totum quod sub eo continetur, et propter hoc universalis affirmativa, et universalis negativa, sunt contrariæ. Sic in istis enuntiationibus modalibus iste modus neccessesse, facit significare totam inhærentiam subjecti ad prædicatum, quia quod necessario inest, omni tali inest, et ideo tenet eundem locum, scilicet modalis affirmativa de necessario, et universalis affirmativa de inesse. Et sicut nullus totum removet, ita etiam impossibile, quia quod impossibiliter inest, nulli tali inest, et ideo propositio de impossibili tenet locum universalis negativæ. Et sicut quidam affirmando non totam inhærentiam ponit, similiter etiam negando non totum, quod sub subjecto continetur, removet, sic iste modus possibile, quia quod possibiliter inest, non inest

*nulli*, aussi le possible en affirmant tient la place de la particulière affirmative, et le possible en niant tient lieu de la particulière négative. Donc, suivant ce que nous venons de dire, ces énonciations, il est nécessaire d'être, et il est impossible d'être sont contraires; — il est nécessaire d'être et il est possible de ne pas être sont contradictoires; — il est impossible d'être et il est possible d'être sont contradictoires; — il est possible d'être et il est possible de ne pas être sont sous-contraires; — il est nécessaire d'être et il est possible d'être sont subalternes; — il est impossible d'être et il est possible de ne pas être sont subalternes, comme on le voit dans la figure suivante :



En voyant cette figure on comprend de suite ce que sont les équipollences et les oppositions des propositions, quand elles sont diffé-

omni, et quod possibiliter non inest, non inest nulli, et ideo possibile affirmando tenet locum particularis affirmativæ, et possibile negando tenet locum particularis negativæ. Secundum ergo prædicta, istæ enuntiationes : Necesse est esse, et impossibile est esse, sunt contrariæ. Necesse est esse, et possibile est non esse, sunt contradictoriæ. Impossibile est esse, et possibile est esse, sunt subalternæ. Impossibile est esse, et possibile est non esse, sunt subalternæ, ut patet in figura sequenti.

His visis statim patebit de æquipollentiis earum, et de oppositionibus ipsarum : quando variantur per negationes positas in

rentiées par les négations placées dans la diction ou dans le mode. Car les équipollences des modales s'opèrent de la même manière que dans les énonciations *de inesse*, suivant ce vers :

Præ contradic. post contra. præ postque subalter.

En effet la négation préposée au mode le rend équipollent à son contradictoire, d'où cette proposition, *non necesse est esse*, est équivalente à celle-ci, *possibile est non esse*, et cette autre, *non impossibile est esse*, est équivalente à celle-ci, *possibile est esse*. Mais la négation placée après le mode le rend équipollent à son contraire, d'où cette proposition *necesse est non esse*, équivant à celle-ci, *impossibile est esse*; et cette autre, *impossibile est non esse*, équivant à celle-ci, *necesse est esse*, *præ postque subalter*, c'est-à-dire, la négation placée avant et après le mode le rend équipollent à son subalterne. D'où cette proposition, *non necesse est non esse*, équivant à celle-ci, *possibile est esse*, et de même cette autre, *non impossibile est non esse*, équivant à celle-ci, *possibile est non esse*. D'après ce que l'on vient de dire on peut voir de quelle manière les oppositions des propositions de même mode sont variées par les négations. Par exemple dans les énonciations *de necessario*, celle-ci, *necesse est esse*, et cette autre, *non necesse est esse*, sont contradictoires : et celle-ci, *non necesse est non esse*, et, *necesse est esse*, sont subalternes, et il en est de même de chacune des autres énonciations modales, par ce vers :

Amabimus edentuli : illiace, purpurea.

dicto, vel in modo. Æquipollentiæ namque modalium, eodem modo fiunt sicut in enuntiationibus de inesse, secundum videlicet versum illum :

Præ contradic. post contra. præ postque subalter.

Negatio enim præposita modo, facit æquipollere suo contradictorio, unde hæc non necesse est esse, æquipollet huic, possibile est non esse. Et hæc, non impossibile est esse, æquipollet huic, possibile est esse. Negatio vero postposita, scilicet modo, facit æquipollere suo contrario, unde hæc, necesse est non esse, æquipollet huic, impossibile est esse. Et hæc, impossibile est non esse, æquipollet huic, necesse est esse. Præ postque subalter, id est, negatio præ-

posita, et postposita modo facit æquipollere suo subalterno : unde hæc, non necesse est non esse, æquipollet huic, possibile est esse : et similiter hæc, non impossibile est non esse, æquipollet huic, possibile est non esse. Ex dictis potest patere qualiter oppositiones propositionum ejusdem modi variantur per negationes. Verbi gratia, de enuntiationibus de necessario, ista, necesse est esse, et hæc, non necesse est esse, sunt contradictoriæ : et istæ, scilicet non necesse est non esse, et necesse est esse, sunt subalternæ, et sic se habet de singulis aliis enuntiationibus modalium, per hunc versum ut satis patet :

Amabimus edentuli : illiace, purpurea.

## CHAPITRE XIV.

*De l'énonciation hypothétique et de ses trois espèces.*

Il nous reste maintenant à parler des énonciations hypothétiques ou suppositives, ce qui est la même chose. L'énonciation hypothétique se définit ainsi : L'énonciation hypothétique est celle qui a deux de ses parties principales catégoriques comme, si l'homme court, l'homme se meut ; il est évident que celle-ci, l'homme court, est une énonciation catégorique, et celle-là, l'homme se meut, en est une autre. Je dis parties principales, parce que les termes sont les parties principales de la proposition catégorique, et ne sont pas cependant les parties principales de la proposition hypothétique, mais des parties éloignées, comme les pierres sont les parties éloignées de la maison, et c'est en quoi l'énonciation hypothétique diffère de l'énonciation catégorique. Car les parties principales de l'énonciation catégorique sont les termes, et les parties principales de l'hypothétique sont les deux catégoriques. Il y a aussi une autre différence entre les propositions catégoriques et les propositions hypothétiques. Car dans la proposition catégorique le sujet prend le nom de prédicat. En effet lorsqu'on dit, l'homme est un animal, l'homme reçoit le nom d'animal, puisque on dit que l'homme est un animal. Il n'en est pas de même dans les hypothétiques, parce que l'un ne se dit pas de l'autre, on dit seulement qu'une chose est si une autre chose est également. Par exemple, lorsqu'on dit, si elle a enfanté, elle a eu des relations avec un homme ; le sens n'est pas que, enfanter c'est avoir des relations avec un homme, mais bien que l'enfantement n'auroit pu avoir lieu, s'il n'y avoit pas eu de relations avec un homme.

## CAPUT XIV.

*De enuntiatione hypothetica et de tribus speciebus ejus.*

Restat nunc dicere de enuntiationibus hypotheticis, seu suppositivis, quod idem est. Diffinitur autem enuntiatio hypothetica sic. Enuntiatio hypothetica est quæ habet duas categoricas principales partes sui, ut Si homo currit, homo movetur : patet quod hæc, homo currit, est una enuntiatio categorica, et illa, homo movetur, est altera. Et dico principales partes, quia termini sunt principales partes propositionis categoricæ, non tamen sunt principales partes propositionis hypotheticæ, sed remotæ, sicut lapides sunt partes domus remotæ, et in hoc differt enuntiatio hypo-

thetica ab enuntiatione categorica. Nam principales partes categoricæ sunt termini : principales autem partes hypotheticæ sunt duæ categoricæ. Alia etiam differentia est inter propositiones categoricas et hypotheticas. Nam in categorica subjectum suscipit nomen prædicati. Cum enim dicitur homo est animal, homo recipit nomen animalis, cum homo dicatur esse animal. Non autem sic in hypotheticis : quia unum de altero non prædicatur : sed tantum aliquid dicitur esse, si alterum fuerit. Verbi gratia. Cum dicitur si peperit, cum viro concubuit : non est sensus, quod parere sit cum viro concubere : sed est sensus, quod partus esse non potuisset, nisi cum viro concubuisset. Similiter etiam cum dicimus, si homo est, animal est : non

De même lorsque nous disons, s'il est homme, il est animal, le sens n'est pas que l'homme est animal, mais bien que si une chose est homme, il est nécessaire que cette chose soit animal. Or la proposition hypothétique se divise en trois espèces, l'une conditionnelle, l'autre disjonctive et la troisième copulative. La conditionnelle est celle dans laquelle deux propositions catégoriques sont unies par cette conjonction si, comme, s'il est homme, il est animal; or cette conditionnelle peut s'opérer tant du côté du sujet que du côté du prédicat. Du côté du sujet, comme si l'on dit, si l'homme ne court pas, et du côté du prédicat, comme si l'on dit, si l'homme court, l'homme se meut. La première proposition ou énonciation catégorique qui se trouve dans ces énonciations hypothétiques, s'appelle antécédent; la seconde conséquent, et pour cette raison, conséquence. Les rationnelles sont amenées à la conditionnelle, comme, Socrate est homme, donc Socrate est animal. Il en est de même de la causale, comme, parce que Socrate est homme, Socrate est animal; de toute proposition temporelle, comme, quand Socrate est homme, Socrate est animal, et toutes les autres de ce genre. Il faut observer que Hamonius établit une double hypothèse, l'une quand on suppose quelque chose d'impossible, laquelle entraîne nécessairement quelque autre chose impossible. Par exemple, supposé que quatre soit trois, le nombre quatre sera un nombre impair. Il est constant, en effet, que l'hypothèse suppose l'impossible, et amène l'impossible, et l'impossible est une conséquence nécessaire pendant la durée de l'hypothèse. On peut comprendre par là que la conditionnelle peut être vraie et ses deux parties fausses néanmoins. C'est pourquoi cette proposition est vraie, si l'homme est un âne, l'homme est susceptible de braire, cependant chacune des catégoriques est fausse. La seconde hypothèse a lieu quand on dit qu'une chose est ou n'est

est sensus quod homo sit animal, sed est sensus : quod si aliqua res est homo, necesse est quod aliqua res sit animal : Dividitur autem propositio hypothetica in tres species : quia quædam est conditionalis, quædam disjunctiva, et quædam copulativa. Conditionalis est illa in qua conjunguntur duæ propositiones categoricæ per hanc conjunctionem si, ut si homo est, animal est, hæc autem conditionalis potest fieri tam ex parte subjecti quam ex parte prædicati. Ex parte subjecti, ut si dicatur, si homo non currit, ex parte vero prædicati, ut si dicatur : si homo currit, homo movetur. Prima autem propositio, sive enuntiatio categorica quæ est in his enuntiationibus hypotheticis, dicitur antecedens. Secunda vero dicitur consequens, et propter hoc dicitur consequentia. Ad conditionalem autem reducuntur rationales,

ut Sortes est homo, ergo Sortes est animal. Et omnis causalis : ut quia Sortes est homo, Sortes est animal : et temporalis, ut quando Sortes est homo, Sortes est animal, et omnes hujusmodi. Notandum, quod Hamonius ponit duplicem hypothesin, una est quando supponitur aliquod impossibile, ad quod tamen necessario sequitur aliud impossibile. Verbi gratia. Supposito quod quatuor sint tria : quaternarius numerus erit impar. Constat enim quod hypothesis supponit impossibile, et impossibile subinfert : tamen stante hypothesi necessario infertur. Ex quo potest intelligi, quod si conditionalis potest esse vera, et tamen ambæ ejus partes sunt falsæ. Unde ista est vera, si homo est asinus : homo est rudibilis, tamen utraque categoricarum est falsa. Secunda vero hypothesis est quod quandoque aliquid dicitur esse, vel non

pas, si une autre chose a été ou n'a pas été, comme s'il est homme, il est animal, ou s'il est homme, il n'est pas une pierre. On peut comprendre par ce que nous venons de dire que la vérité de l'énonciation hypothétique se trouve dans la conséquence des termes qui sont dans le conséquent, relativement aux termes qui sont dans l'antécédent, parce que en effet animal suit nécessairement de l'homme : il est certain que tout ce qui sera homme sera animal. Et si se mouvoir est une suite de courir, il s'ensuit que tout ce qui court se meut. Si donc il est homme, il est animal, et s'il court, il se meut. Donc le mouvement sera attribué à tout ce à quoi on attribuera la course avec vérité ou avec fausseté. C'est pourquoi cette proposition est vraie, si l'immobile court, l'immobile se meut. C'est pour cela que l'on dit que pour qu'elle soit vraie il faut que l'antécédent ne puisse être vrai sans le conséquent, parce qu'il y a des rapports tellement nécessaires entre l'antécédent et le conséquent, qu'il en est du conséquent comme de l'antécédent. S'il en étoit autrement, si par exemple l'antécédent étoit vrai et le conséquent faux, la conséquence seroit fautive, parce que le terme placé dans le conséquent n'auroit pas une liaison nécessaire avec le terme placé dans l'antécédent, comme ici, si l'homme est blanc, l'homme est musicien, il est certain que cette proposition est fautive, car la qualité de musicien ne suit pas de la qualité de blanc. Il s'ensuit de là que toute conditionnelle vraie est nécessaire, et que toute conditionnelle fautive est impossible, parce que, comme il a été dit, le terme du conséquent suit nécessairement le terme de l'antécédent. Nous dirons de quelle manière la conditionnelle est diversifiée par l'affirmation et la négation, lorsque nous traiterons des syllogismes hypothétiques. La distinctive est celle dans laquelle deux énonciations catégoriques sont unies par les conjonctions de l'espèce distinctive,

---

esse, si quid fuerit, vel non fuerit, ut si homo est, animal est, vel si homo est, lapis non est. Ex dictis potest patere, quæ veritas enuntiationis hypotheticæ est in consequentia terminorum qui sunt in antecedente, quia enim animal necessario sequitur ad hominem : certum est quod quicquid fuerit homo, erit animal : et si ad currere sequitur moveri, sequitur ergo quod quicquid currit movetur. Si ergo est homo, est animal, et si currit movetur. Cuicumque ergo vere, vel false attribuetur currere, attribuetur et moveri. Unde ista est vera : si immobile currit immobile movetur. Et propter hoc dicitur, quod ad veritatem ejus requiritur quod antecedens non possit esse verum sine consequente, quia tanta est necessitas consequentis ad antecedens : quod sicut se habet antecedens, ita se habet consequens. Si vero aliter se haberet scilicet quod antecedens esset verum, et consequens falsum : falsa esset consequentia, quia terminus in consequente positus non necessariam haberet connexionem cum termino posito in antecedente, ut hic : si homo est albus : homo est musicus, certum est quod hæc falsa est, non enim necessario ad album sequitur musicum. Et inde est quod omnis conditionalis vera est necessaria, et omnis falsa est impossibilis, quia ut dictum est. terminus consequentis necessario sequitur terminum antecedentis. Qualiter autem conditionalis varietur per affirmationem, et negationem, dicetur, cum de syllogismis hypotheticis agatur. Disjunctiva vero est illa in qua conjunguntur duæ enuntiationes,

comme ici, l'animal ou est sain, ou il est malade. La vérité de cette énonciation consiste en ce que si on met une chose il faut exclure l'autre, et que si l'on exclut une chose on prend l'autre. D'où l'on voit que cette proposition; ou il est malade, a la même valeur que cette conditionnelle, s'il n'est pas sain il est malade. Et quoique ce soit vrai dans la matière précédente, ces deux propositions ne sont pas également vraies dans toute matière, car la conditionnelle niée d'une part et affirmée de l'autre se trouve sauve dans les contradictoires, les contraires et les disparates, et elle sera toujours vraie. En effet, celle-ci est vraie, s'il est blanc, il n'est pas noir, néanmoins celle-ci est fautive, ou il est blanc ou il est noir, car il pourroit y avoir quelque chose qui ne seroit ni blanc ni noir. Il en est de même des propositions disparates. En effet la disjonctive diffère de telle conditionnelle; c'est pourquoi afin que la disjonctive soit vraie, il faut qu'elle soit de telle matière dans laquelle une chose est posée d'une manière absolue et une autre exclue de la même manière, ou *vice versa*, c'est pour cela qu'il est nécessaire pour qu'elle soit vraie que son autre partie soit vraie. Et si l'une et l'autre de ces deux parties étoit vraie, ou fautive, l'énonciation disjonctive seroit fautive. L'énonciation copulative est celle dans laquelle deux énonciations catégoriques sont unies par la conjonction copulative, comme Socrate court et se meut; dans cette énonciation il n'est mis aucune condition, mais seulement une conjonction de l'énonciation; et comme une conjonction copulative doit toujours unir des choses semblables, si l'antécédent est vrai, il faut nécessairement que le conséquent le soit, et réciproquement. On voit ainsi quels sont les rapports des énonciations hypothétiques à la vérité. Car la conditionnelle peut être vraie quoique ses deux parties soient fautes. La disjonctive est vraie quoique une de ses parties soit

nes categoricæ, per conjunctiones speciei disjunctivæ, ut hic, animal aut est sanum aut est ægrum. Veritas autem prædictæ enuntiationis est, quod si unum ponitur, alterum removetur, et si unum removeatur, alterum sumatur. Unde videtur quod tantum valeat ista, aut est ægrum : quantum ista conditionalis, Si non est sanum est ægrum. Et licet in prædicta materia verum sit, tamen non semper in omni materia istæ duæ sibi æquipollent in veritate. Nam conditionalis ex una parte negata, et ex altera affirmata salvatur in contradictoriis, contrariis, et disparatis, et erit semper vera. Vera enim est ista, si est album non est nigrum, ista tamen est falsa, aut est album aut est nigrum, posset enim aliquid esse quod nec album esset, nec nigrum : et sic etiam est de disparatis. Differt enim disjunctiva a tali condicionali. Unde ad ve-

ritatem disjunctivæ requiritur quod de tali materia sit, in qua unum omnino ponatur, et alterum removeatur : vel econverso, et propter hoc ad ejus veritatem requiritur quod altera ejus pars sit vera. Et si utraque pars ejus erat vera, vel falsa, ipsa enuntiatio disjunctiva erit falsa. Copulativa vero enuntiatio est illa in qua conjunguntur duæ enuntiationes categoricæ per conjunctionem copulativam, ut Sortes currit, et movetur; in ista enuntiatione nulla ponitur conditio, sed solum conjunctio enuntiationis. Et quia copulativa conjunctio semper debet similia copulare, si antecedens erit verum, etiam consequens necesse est quod sit verum et econverso. Et sic patet qualiter dictæ enuntiationes hypotheticæ se habent ad veritatem. Nam conditionalis potest esse vera : utraque ejus parte existente falsa. Disjunctiva est vera



fausse. Quant à la copulative, par cela même qu'elle est vraie, ses deux parties doivent l'être nécessairement; tel est ce qui regarde les énonciations hypothétiques. On parlera en traitant des syllogismes hypothétiques de ce qui aura été omis à leur sujet.

*Fin du traité de l'énonciation.*

## TRAITÉ X.

DU SYLLOGISME SIMPLICITER.

### CHAPITRE PREMIER.

*Ce que c'est que le syllogisme, ce qui doit entrer dans sa constitution.*

Nous allons parler maintenant de la troisième partie, c'est-à-dire des choses qui appartiennent à la troisième opération de l'intellect. Quoique en effet, comme l'a dit Socrate, on suppose deux opérations de l'intellect, savoir, l'intelligence des choses simples et l'opposition ou division, on en ajoute néanmoins une troisième qui est le discours d'une chose composée ou divisée à une autre, ce qui se fait par l'argumentation. Or l'argumentation est l'expression significative de l'opération discursive de la raison allant du connu à l'inconnu, ou du plus connu au moins connu. Il y a quatre espèces d'argumentation, savoir, le syllogisme, l'euthymème, l'induction et l'exemple. Peu importe que cette division soit du genre en ses espèces, ou de l'analogie

una ejus parte existente falsa. Copulativa vero ad hoc quod sit vera : utraque ejus pars necessario debet esse vera, et sic patet de enuntiationibus hypotheticis. Siqui- dem autem hoc de ipsis omissum est, dicetur cum de syllogismis hypotheticis agetur, etc.

*De enuntiatione tractatus feliciter finis.*

## TRACTATUS X.

DE SYLLOGISMO SIMPLICITER.

### CAPUT I.

*Quid sit syllogismus, et quæ ad ipsum requiruntur constituendum.*

Modo dicendum est de tertia parte, videlicet de his quæ pertinent ad tertiam operationem intellectus, licet enim, ut dictum est à Philosopho, ponantur duæ operationes intellectus, scilicet simplicium intelligentia, et oppositio, vel divisio, tamen

additur tertia operatio quæ est discursus ab uno composito, vel diviso ad aliud : hoc autem sit per argumentationem. Est autem argumentatio oratio significativa discursus rationis ab uno cognito ad aliud incognitum, vel a magis incognito ad minus cognitum. Sunt autem argumentationis quatuor species, scilicet syllogismus, enthymema, inductio, et exemplum. Sive hæc divisio sit generis in suas species, vel

en ses analogues. Et comme la plus parfaite est le syllogisme auquel se ramènent les autres espèces d'argumentation, c'est de lui que nous allons parler. Voici la définition du syllogisme. Le syllogisme est un discours dans lequel certains principes étant posés et accordés, il doit suivre un résultat par ce qui a été posé et accordé. *Discours* ici est le genre du syllogisme, car, comme il a été dit dans le traité de l'énonciation, rien n'empêche qu'il y ait pluralité dans le discours et unité comme dans le syllogisme. En disant, *certaines principes posés*, elle touche les propositions du syllogisme lui-même; en disant qu'*il doit nécessairement s'ensuivre un résultat*, elle touche la conclusion. C'est pourquoi il faut savoir ce que c'est que la proposition. La proposition, dans le sens où elle se prend ici, est une énonciation qui, étant posée, entraîne une autre. Car toute énonciation n'est pas une proposition, il n'y a de telle que celle qui est posée dans quelque espèce d'argumentation, de laquelle dérive une conclusion. Par exemple, lorsqu'on dit, tout homme est animal, tout ce qui est susceptible de rire est homme, donc tout ce qui est susceptible de rire est animal. Ces mots, tout homme est animal, sont une proposition, de même ceux-ci, tout ce qui est susceptible de rire est homme; elles sont posées pour en déduire celle-ci, tout ce qui est susceptible de rire est animal. Celle-ci, tout ce qui est susceptible de rire est animal, quoiqu'elle soit une énonciation, puisqu'elle a des termes, n'est cependant pas une proposition. Or le terme est ce en quoi se résout la proposition, comme le sujet et le prédicat. En effet, lorsque je dis, l'homme est animal, homme est le terme qui est appelé sujet, animal est le terme qui est appelé prédicat. Il est bon de savoir que, bien que la proposition soit composée de termes en lesquels elle se résout, ce n'est pas néanmoins

analogi in sua analogata, nihil ad propositum. Et quia syllogismus perfectior est omnibus aliis, ad quem aliæ species argumentationis reducuntur, sicut imperfectum ad perfectum, ideo de ipso dicendum est. Diffinitur autem syllogismus, sic. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, et concessis necesse est aliud evenire per ea quæ posita sunt, et concessa. Oratio hic est genus syllogismi, ut enim in tractatu de enuntiatione dictum est, nihil prohibet orationem esse plures, et unam cujusmodi est in syllogismo. In hoc autem quod dicit quibusdam positis, tangit propositiones ipsius syllogismi. Per hoc quod dicit, necesse est aliud evenire, tangit conclusionem. Unde oportet scire quid est propositio. Est autem propositio, ut hic sumitur enuntiation, qua posita ad eam aliquid sequitur. Non enim omnis enuntiation, est propositio :

sed solum illa quæ ponitur in aliqua specie argumentationis, ad quam sequitur conclusio. Verbi gratia. Cum dicitur omnis homo est animal, omne risibile est homo, ergo omne risibile est animal, ista omnis homo est animal : est propositio, et similiter illa omne risibile est homo : proponuntur enim ut ad eas sequatur illa, omne risibile est animal. Hæc autem omne risibile est animal, licet sit enuntiation, constat enim ex terminis, non tamen est propositio. Est autem terminus in quem resolvitur propositio, ut subjectum, et prædicatum. Cum enim dico, homo est animal, homo est terminus qui dicitur subjectum, animal est terminus qui dicitur prædicatum. Sciendum quod licet propositio ex terminis componatur, et in eis resolvatur, non tamen in diffinitione termini ponitur compositio propositionis, sed reso-

dans la définition du terme que se place la composition de la proposition, mais bien la résolution dont elle est cause. Car, comme le dit Boëce dans sa Topique, la logique a deux parties, savoir, la partie inventive et la partie judicative. L'invention est l'imagination des choses vraies ou vraisemblables, qui rendent probable l'autre partie de la contradiction. Le probable est ce qui est regardé comme tel par tous les hommes, ou par un grand nombre, ou par les sages, et surtout par ceux qui sont les plus connus. Cette partie de la logique a deux livres, savoir, *Topicorum* et *Elenchorum*. Le jugement, dans le sens où il est pris ici, est la juste détermination de la raison dans les choses auxquelles se rapporte le jugement. Or la raison opère une détermination juste, quand elle résout les principes en *principiata*, et par conséquent la science, qui est la juste détermination des choses susceptibles d'être sues, s'effectue par les causes, c'est-à-dire lorsque la raison résout *causata in causas*; aussi cette partie de la logique, c'est-à-dire la partie judicative, est appelée analytique ou résolutive, parce qu'elle résout *principiata in principia*. Cette partie de la logique a aussi deux livres, savoir, *priorum* et *posteriorum*. Et parce que nous avons en vue ici la matière du livre *priorum*, nous définissons le terme par la résolution de la proposition. Or le sujet est ce dont on affirme quelque chose. Le prédicat est ce qui est affirmé d'une autre chose, soit que ce soit une affirmation de l'esprit, de la raison, de la bouche ou de la voix. Le terme est ainsi appelé, parce qu'il termine la proposition de telle sorte qu'elle ne va pas plus loin. Nous ne parlerons dans ce traité que du syllogisme *simpliciter*. Or le syllogisme *simpliciter* est celui dans lequel on ne considère pas la matière dans laquelle s'effectue tel ou tel syllogisme, c'est-à-dire si telle matière est probable ou nécessaire, mais où l'on considère seu-

lutio hujus causa est. Nam logica, ut Boëtius in sua *Topica* dicit, duas habet partes, scilicet inventivam, et judicativam. Est autem inventio excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ alteram partem contradictionis probabilem reddunt. Probabile autem est quod videtur omnibus aut pluribus aut sapientibus, et his scilicet sapientibus, aut omnibus aut pluribus maxime notis. Huic autem parti logicæ deserviunt duo libri : scilicet *Topicorum*, et *Elenchorum*. Indicium autem ut hic sumitur, est recta determinatio rationis, in his quorum est iudicium. Recte autem determinat ratio quando principata resolvit in principia. Et ideo scientia quæ est recta determinatio scibilium est per causas, scilicet cum ratio resolvit causata in causas : et propterea hæc pars logicæ, scilicet judi-

cativa dicitur analytica, seu resolutoria, quia resolvit principata in principia. Huic autem parti logicæ deserviunt duo libri, scilicet *Priorum*, et *Posteriorum*. Et quia de materia libri priorum hic intendimus, ideo hic diffinitur terminus per resolutionem propositionis. Est autem subjectum de quo aliquid dicitur. Prædicatum vero quod de altero dicitur, seu sit dicere mentis, vel rationis, seu sit oris, vel vocis. Dicitur autem terminus eo quod sic per ipsum terminatur propositio, quod non ultra progreditur. In hoc autem tractatu dicemus de syllogismo simpliciter. Est autem syllogismus simpliciter, in quo non consideratur materia in qua talis vel talis syllogismus sit, id est non consideratur utrum talis materia sit probabilis, vel necessaria, sed solum consideratur syllogismus ad

lement le syllogisme relativement à son ordination ; or dans toute matière, quand les prémisses sont vraies ou probables, la conclusion est toujours vraie ou probable. Que cet ordre soit bon, on le prouve par deux principes connus par eux-mêmes. J'appelle principes ici des propositions connues par elles-mêmes. Or ces principes sont *dici de omni* et *dici de nullo*. *Dici de omni*, c'est ne rien prendre dans le sujet qui ne reçoive l'affirmation du prédicat ; *dici de nullo*, c'est ne rien prendre dans le sujet qui n'exclue le prédicat ; mais nous en parlerons plus tard plus au long. Il faut savoir que, comme les syllogismes sont variés par diverses figures, ainsi qu'on le dira plus bas, il s'ensuit que quelques syllogismes ne peuvent pas se prouver immédiatement par les deux principes susdits, et en conséquence ces syllogismes ont besoin d'un autre principe par lequel ils puissent être ramenés à *dici de omni*, ou à *dici de nullo*. Voici ce principe. Quand de l'opposé du conséquent on déduit l'opposé de l'antécédent de la première conclusion, alors la première conséquence a été bonne. C'est pourquoi tous les syllogismes où l'on ne peut pas exactement conserver *dici de omni* ou *dici de nullo*, sont ramenés par ce troisième principe à la forme dans laquelle se conserve *dici de omni* ou *dici de nullo*. Cette réduction est appelée par quelques philosophes *par l'impossible* ; Aristote la désigne par le syllogisme conversif. Ces syllogismes sont aussi ramenés aux deux principes dont nous avons parlé par la conversion des propositions. Mais comme on ne peut prouver la bonté de ces conversions que par le troisième principe, il faut donc dire que ces syllogismes ne sont ramenés aux deux principes qu'en vertu du troisième principe. Nous allons dire comment se font ces conversions, et comment leur bonté se prouve par le troisième prin-

suam ordinationem, in omni autem inateria existentibus veris, vel probabilibus præmissis semper sequitur conclusio vera vel probabilis. Quod autem talis ordinatio sit bona, probatur per duo principia per se nota. Dico autem principia hic primas propositiones per se notas. Hæc autem principia sunt *dici de omni* et *dici de nullo*. Est autem *dici de omni*, quando nihil est sumere sub subjecto, de quo non dicatur prædicatum. *Dici* vero de nullo est, quando nihil est sumere sub subjecto, a quo non remoueat prædicatum, de his autem inferius melius dicetur. Sciendum, quod quia syllogismi variantur per diversas figuras, ut infra dicetur, ideo aliqui syllogismi non possunt immediate probari per dicta duo principia, et propterea tales syllogismi indigent uno alio principio, per quod possunt reduci ad *dici de omni* vel

ad *dici de nullo*. Hoc autem principium est. Quando ex opposito consequentis inferitur oppositum antecedentis primæ conclusionis, tunc prima consequentia fuit bona. Unde omnes illi syllogismi, in quibus non potest recte salvari *dici de omni* vel *dici de nullo*, cum dicto tertio principio reducuntur ad formam in qua salvatur *dici de omni* vel *dici de nullo* ; et hæc reductio vocatur ab aliquibus per impossibile, a Philosopho vero per syllogismum conversivum. Similiter etiam reducuntur prædicti talis syllogismi ad prædicta duo principia per conversionem propositionum. Sed quia conversiones non probantur esse bonæ, nisi per tertium principium, ideo dicendum est, quod syllogismi reducuntur ad illa duo principia solum in virtute tertii principii. Qualiter autem fiant conversiones, et per dictum tertium princi-

cipe : nous nous occuperons d'abord des propositions *de inesse*, et ensuite des propositions modales.

## CHAPITRE II.

### *De la conversion des propositions de inesse, et de ses espèces.*

La conversion des propositions, comme on l'entend ici, consiste à faire du sujet le prédicat, et du prédicat le sujet, de telle sorte que la proposition convertie étant vraie, celle en laquelle elle a été convertie se trouve également vraie. Par exemple, cette proposition, tout homme est animal, si on la convertit en cette autre, tout animal est homme, on fait bien du prédicat le sujet, et du sujet le prédicat, néanmoins la première proposition est vraie et la seconde fausse, par conséquent cette conversion n'est pas bonne. Or il y a dans les propositions des termes finis dont nous nous occupons ici une double conversion, savoir, une conversion simple et une conversion *per accidens*. On appelle conversion simple celle dans laquelle on fait du prédicat le sujet, et du sujet le prédicat, la seconde proposition restant dans la même qualité et quantité que la première. Il y a conversion par accident quand du sujet on fait le prédicat et réciproquement, la qualité de la proposition restant la même, tandis que la quantité est changée. C'est de la première manière que se convertissent les propositions universelle négative et particulière affirmative. L'universelle affirmative et, suivant quelques philosophes, l'universelle négative se convertissent de la seconde manière, il n'est pas néanmoins nécessaire de l'établir. Si en effet de cette proposition, nul homme n'est pierre, découle cette autre, nulle pierre n'est homme, et qu'elle soit vraie, il s'ensuit nécessairement que celle-ci, quelque pierre n'est

pium probentur, dicamus; et primo in propositionibus de inesse, deinde in propositionibus modalibus.

### CAPUT II.

#### *De conversione propositionum de inesse et de speciebus ejus.*

Conversio autem propositionum, ut hic sumitur, est facere de subjecto prædicatum, et de prædicato subjectum, ita quod existente conversa vera, etiam ea in quam convertitur, sit vera. Verbi gratia, ista propositio: Omnis homo est animal, sic convertitur in istam: Omne animal est homo, bene sit de prædicato subjectum et de subjecto prædicatum; tamen prima propositio est vera, secunda vero falsa, ideo talis conversio non est bona. Est au-

tem in propositionibus terminorum finitorum, de quibus hic intendimus, duplex conversio, scilicet simplex, et per accidens. Dicitur autem conversio simplex, quando de prædicato fit subjectum et de subjecto prædicatum, manente secunda propositione in eadem qualitate et quantitate cum prima. Per accidens vero dicitur, quando de subjecto fit prædicatum, et e converso, manente eadem qualitate propositionis, sed mutata quantitate. Primo modo convertuntur propositiones, universalis negativa et particularis affirmativa. Secundo modo, convertuntur universalis affirmativa, et ut aliqui dicunt, universalis negativa, tamen non est necessarium hoc ponere. Si enim ad hanc: Nullus homo est lapis, sequitur, nullus lapis est homo, et ista est vera, ne-

pas homme, est vraie également. Car, comme nous l'avons dit plus haut, les universelles étant vraies, les particulières sont toujours vraies, mais non *vice versâ*. Commençons par la conversion *simpliciter* des universelles d'abord. Comme, ainsi que nous l'avons dit, pour ces sortes de syllogismes et leurs propositions, on ne s'occupe pas de la matière, nous nous servons de termes transcendants, à la place desquels on peut mettre quelques termes que ce soit. Soit à convertir cette proposition : aucun B n'est A. Il faut toujours supposer que pour B et A on prend des termes significatifs, de manière à varier la proposition, comme si pour B on prend homme et pierre pour A ; je dis donc que cette proposition se convertit en cette autre : aucun A n'est B, ce que je prouve ainsi par le troisième principe. Quand de l'opposé du conséquent se déduit l'opposé de l'antécédent, la première conséquence a été bonne, mais il en est ainsi dans l'exemple proposé. Donc etc.... Lors donc que je dis, aucun B n'est A, donc aucun A n'est B, je tire une conséquence dont l'antécédent est aucun B n'est A, et le conséquent aucun A n'est B. Voyons maintenant si de l'opposé du conséquent se déduit vraiment l'opposé de l'antécédent. Cette proposition, nul A n'est B qui est conséquent, peut avoir un double opposé, savoir le contraire et le contradictoire. Prenons donc son contradictoire, c'est-à-dire quelque A est B, car la particulière affirmative et l'universelle négative sont contradictoires : or cette proposition, quelque A est B, est suivie de celle-ci, quelque B est A, ainsi que je le prouverai. Mais cette proposition, quelque B est A, et celle qui étoit antécédent, savoir aucun B n'est A, sont opposées contradictoires. Donc de l'opposé du conséquent suit l'opposé de l'antécédent. Donc la conséquence que nous appelons conversion étoit bonne.

cessario sequitur hanc esse veram, quidam lapis non est homo. Ut enim supradictum est, existentibus universalibus veris, semper particulares sunt veræ, licet non e converso. Primo probemus conversionem simpliciter, et primo universalium. Et quia, ut dictum est, in talibus syllogismis et eorum propositionibus non curatur in qua materia sint, ideo utemur terminis transcendentibus, loco quorum possunt poni termini quicumque. Sit ergo propositio convertenda ista. Nullum b. est a. Et semper supponatur quod pro b. et pro a. sumantur tales termini significativi qui faciant propositionem variam : sicut si pro b. sumatur homo, et pro a. lapis, dico ergo quod prædicta propositio convertitur in istam : Nullum a. est b., quod probo per dictum tertium principium sic. Quando ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, prima consequentia fuit bona,

sed sic est in proposito. Ergo, etc. Cum ergo dico, nullum b. est a., ergo nullum a. est b., facio consequentiam, cujus antecedens est, nullum b. est a., consequens vero est, nullum a. est b., modo videamus si ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis vere. Huic autem propositioni, scilicet nullum a. est b., quæ est consequens, potest esse duplex oppositum, scilicet contrarium et contradictorium, sumamus ergo contradictorium ejus, scilicet quoddam a. est b., particularis enim affirmativa et universalis negativa sunt contradictoriæ, ad istam autem, scilicet quoddam a. est b., sequitur ista, scilicet quoddam b. est a., ut probabo ; sed hæc quoddam b. est a., et illa quæ fuit antecedens, scilicet nullum b. est a., sunt oppositæ contradictoriæ. Ergo ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis ; prima ergo consequentia quam vocamus

Maintenant il faut prouver comment cette proposition, quelque A est B, est suivie de cette autre, quelque B est A, et on le prouve par le syllogisme expositoire. Mettons donc les propositions dont nous venons de parler en termes significatifs; et comme nous disons quelque A est B, disons quelque homme est animal, et comme nous disons quelque B est A, disons quelque animal est homme. Prenons la première, savoir quelque homme est animal. Désignons cet homme et cet animal, car si celle-ci, quelque homme est animal, est vraie, elle doit être nécessairement vraie dans un homme désigné, comme Socrate, Platon, et si elle n'est vraie dans aucun homme désigné, elle ne sera vraie en aucune manière. Désignons donc la chose qui renferme l'animalité et l'humanité, et appelons-la Socrate, et établissons ainsi le syllogisme expositoire : Socrate est cet homme, Socrate est cet animal, donc cet animal est cet homme, et par conséquent quelque animal est homme, donc cette proposition quelque animal est homme, qui remplaçoit celle-ci, quelque B est A, est suivie de celle-ci, quelque A est B, donc la proposition quelque A est B est suivie de celle-ci, quelque B est A, et c'est précisément ce que nous voulions dire. On voit ainsi comment se fait la conversion de l'universelle négative. La particulière affirmative se convertit simplement, comme quelque B est A, donc quelque A est B, et se prouve par le même principe. Donc de l'opposé du conséquent se déduit l'opposé de l'antécédent. Donc la première conséquence ou la conversion a été bonne. Cette conversion peut se prouver par le syllogisme expositoire, comme on l'a dit. L'universelle affirmative se convertit *per accidens*, de cette manière : tout B est A, quelque A est B, et se prouve de la même manière. En effet, l'opposé de cette proposition quelque A est B est celui-ci, aucun A n'est B, qui se convertit en cette autre, aucun B

conversionem, fuit bona. Nunc oportet probare quomodo ad illam, quoddam a. est b., sequitur illa, quoddam b. est a., hoc autem probatur per syllogismum expositorium. Ponam ergo propositiones primas in terminis significativis, et sicut dicimus, quoddam a. est b., dicamus, quidam homo est animal, et sicut dicimus, quoddam b. est a., dicamus, quoddam animal est homo. Accipiamus primam, scilicet quidam homo est animal, signetur iste homo, et hoc animal. Si enim ista est vera, quidam homo est animal, oportet quod ipsa sit vera in aliquo homine signato, puta Sorte vel Platone, et si in nullo homine signato erit vera, nullo modo erit vera. Signetur ergo illa res in qua animalitas et humanitas signatur, et vocetur Sortes, modo fiat syllogismus expositivus sic : Sortes est hic homo, Sortes est hoc animal, ergo hoc ani-

mal est hic homo, et per consequens, quoddam animal est homo. Ergo ad hanc, quidam homo est animal, quæ sumebatur loco hujus, quoddam b. est a., sequitur, quoddam a. est b. Ergo ad hanc, quoddam a. est b., sequitur, quoddam b. est a., et hoc est quod volebamus dicere. Et sic patet de conversione universalis negativæ. Particularis affirmativa convertitur simpliciter, sicut quoddam b. est a. Ergo quoddam a. est b., et probatur per idem principium. Ex opposito ergo consequentis infertur oppositum antecedentis. Prima ergo consequentia seu conversio fuit bona. Potest autem probari hæc conversio per syllogismum expositivum, ut dictum est. Universalis autem affirmativa convertitur per accidens sic : Omne b. est a., quoddam a. est b. Et probatur eodem modo. Oppositum enim hujus, quoddam a. est b., est

n'est A ; or cette dernière est contraire à la première, qui étoit tout B est A ; donc de l'opposé du conséquent se déduit l'opposé de l'antécédent, donc la première conséquence ou la conversion étoit bonne. La particulière négative ne se convertit pas, parce que l'opposé de l'antécédent ne se déduit pas de l'opposé du conséquent. Par exemple, soit cette proposition à convertir, quelque B n'est pas A, qu'on la convertisse donc ; il faut qu'elle le soit ou en universelle négative, ou en particulière négative. En universelle négative, de cette manière, quelque B n'est pas A, donc aucun A n'est B : son opposé est ou tout A est B, ou quelque A est B, mais l'une et l'autre de ces deux propositions, savoir, tout A est B ou quelque A est B se convertit en cette autre, quelque B est A, laquelle n'est pas l'opposé de l'antécédent qui étoit quelque B n'est pas A, parce que la sous-contrariété n'est pas une opposition, comme on l'a vu plus haut, donc cette conversion ne vaut rien. La même chose arrivera si on la convertit en particulière, savoir en celle-ci, quelque A n'est pas B, dont l'opposé est tout A est B, laquelle se convertit en cette autre, quelque B est A, qui n'est pas proprement opposée, comme on l'a dit. Or il est évident que cette conversion ne vaut rien, car elle n'embrasse pas toute la matière, et peut être exposée en termes significatifs. En effet, quoiqu'il suive quelque pierre n'est pas homme, donc quelque homme n'est pas pierre, néanmoins il ne s'ensuit pas quelque animal n'est pas homme, donc quelque homme n'est pas animal, bien plus, tout homme est animal. On a fait le vers suivant au sujet de ces conversions :

*Feci simpliciter convertitur, eva per accid.*

par A on entend ici l'universelle affirmative, par E l'universelle né-

hoc, nullum a. est b., quæ convertitur in illam, nullum b. est a. Hæc autem est contraria primæ, quæ erat, omne b. est a. ex opposito. Ergo consequentis infertur oppositum antecedentis. Prima ergo consequentia seu conversio fuit bona. Particularis vero negativa non convertitur, quia ex opposito consequentis non infertur oppositum antecedentis. Verbi gratia. Sit propositio convertenda ista, quoddam b. non est a., convertatur ergo ; quia vel converteretur in universalem negativam, vel in particularem negativam. In universalem negativam sic, quoddam b. non est a. Ergo nullum a. est b., hujus oppositum est, vel omne a. est b., vel quoddam a. est b., sed utraque istarum propositionum, scilicet omne a. est b. vel quoddam a. est b., convertuntur in istam, quoddam b. est a. quæ non est oppositum antecedentis, quod erat, quoddam b. non est a., quia

subcontrarietas non est oppositio, ut supra patuit, ergo non valet ista conversio. Idem etiam sequitur si converteretur in particularem, scilicet in illam, quoddam a. non est b., cujus oppositum est, omne a. est b., quæ convertitur in hanc, quoddam b. est a., quæ proprie non est opposita, ut dictum est. Quod etiam talis conversio non valeat, patet, quia non tenet in omni materia, et potest ostendi in terminis significativis. Licet enim istud sequatur, quidam lapis non est homo, ergo quidam homo non est lapis, tamen istud non sequitur, quoddam animal non est homo ; ergo quidam homo non est animal, imo omnis homo est animal. Fit autem de prædictis conversionibus quidam versus sic :

*Feci simpliciter convertitur, eva per accid.*

Per a. enim hic sumitur universalis affirmativa, per e. universalis negativa, per i,



gative, par I la particulière affirmative, par O la particulière négative. Le vers se construit ainsi : fE, c'est-à-dire l'universelle négative, cI, c'est-à-dire la particulière affirmative, se convertissent *simpliciter*. E, c'est-à-dire l'universelle négative, vA, c'est-à-dire l'universelle affirmative, se convertissent *per accidens*. Telle est la conversion des propositions *de inesse*.

### CHAPITRE III.

#### *Des conversions des propositions modales et de leur différent mode.*

sée contraire de la conclusion devienne la mineure de cette manière : nul B n'est A, tout C est B, donc nul C n'est A, ce syllogisme est dans le second mode de la première figure, et de l'opposé du conséquent ou de la conclusion se déduit celle-ci, nul C n'est A qui est l'opposée de l'une des prémisses, c'est-à-dire de la mineure, parce qu'elle est contraire à la mineure du premier syllogisme qui étoit tout C est A; donc de l'opposé du conséquent avec une des prémisses se déduit l'opposé de l'autre prémisses, donc la première conséquence ou le syllogisme étoit bon. Le second mode a lieu quand de la majeure universelle affirmative et d'une mineure universelle négative on tire une conclusion universelle négative, de cette manière : tout B est A, nul C n'est A, donc nul C n'est B; ce syllogisme se ramène au second mode de la première figure par la simple conversion de la mineure et par la transposition des prémisses, de façon que celle qui étoit la majeure devienne la mineure de cette manière. Nul A n'est C, tout B est A, donc nul B n'est C. La majeure de ce syllogisme est celle en laquelle a été convertie la mineure du premier syllogisme qui étoit, nul C n'est A. Par le troisième principe, c'est-à-dire par le syllogisme conversif on peut ramener cette argumentation au premier mode de la première figure de cette manière. Prenons la proposition contraire à la conclusion qui est, tout C est B et faisons ainsi la mineure, tout B est A, tout C est B, donc tout C est A. La conclusion de ce second syllogisme, tout C est A est contraire à celle-ci, nul C n'est A, qui étoit la mineure de l'opposé du conséquent. Le troisième mode se reconnoît quand d'une majeure universelle négative, et d'une mineure particulière affirmative on tire une conclusion particulière négative, de la manière suivante : nul B n'est A, quelque C est A, donc quelque C

contraria conclusionis fiat minor, et dicitur sic : Nullum B est A, omne C est B, ergo nullum C est A. Iste syllogismus est in secundo modo primæ figuræ, et ex opposito consequentis seu conclusionis infertur illa, nullum C est A, quæ est opposita unius præmissæ, scilicet minoris, quia est contraria minori primi syllogismi, quæ erat, omne C est A. Ergo ex opposito consequentis cum una præmissarum infertur oppositum alterius præmissæ; prima ergo consequentia seu syllogismus fuit bonus. Secundus modus constat ex majori universali affirmativa, et minori universali negativa ex quibus sequitur conclusio universalis negativa sic : Omne B est A, nullum C est A, ergo nullum C est B. Iste syllogismus reducitur ad secundum modum primæ figuræ per conversionem minoris simpliciter et per transpositionem

præmissarum, ut scilicet ista quæ erat major, fiat minor sic : Nullum A est C, omne B est A, ergo nullum B est C. Major istius syllogismi fuit illa in qua conversa fuit minor primi syllogismi, quæ erat, nullum C est A. Per tertium vero principium seu per syllogismum conversivum reducitur ad secundum modum primæ figuræ sic, sumatur propositio contraria conclusioni quæ est, omne C est B, et fiat minor sic : Omne B est A, omne C est B, ergo omne C est A. Hæc autem quæ concluditur in isto secundo syllogismo, scilicet omne C est A, est contraria huic, nullum C est A, quæ erat minor ex opposito consequentis. Tertius modus est, quando ex majori universali negativa et minori particulari affirmativa concluditur particularis negativa sic : Nullum B est A, quoddam C est A, ergo quoddam C non est B. Hic reducitur

n'est pas B. Le syllogisme se ramène au quatrième mode de la première figure par la simple conversion de la majeure. Nul A n'est B, quelque C est A, donc quelque C n'est pas B. Il se ramène par le syllogisme conversif au second mode de la première figure. En effet, l'opposé de la conclusion qui est, quelque C n'est pas B, et celui-ci tout C est B. On fera donc la mineure de cette manière, nul B n'est A, tout C est B, donc nul C n'est A, laquelle est l'opposée de la mineure du premier syllogisme qui étoit quelque C est A. Le quatrième mode a lieu quand d'une majeure universelle affirmative et d'une mineure particulière négative on tire une conclusion particulière négative de cette manière : tout B est A, quelque C n'est pas A, donc quelque C n'est pas B. Ce syllogisme peut être ramené par la conversion des prémisses, car la majeure, qui est universelle affirmative, ne peut se convertir qu'en une particulière affirmative, et la mineure est particulière. Or, comme nous l'avons dit, il n'y a pas de conséquence de plusieurs particulières. Il se ramène donc par le syllogisme appelé quelquefois *per impossibile*, comme ont été réduits les trois autres syllogismes exposés plus haut, et il se ramène au premier mode de la première figure. En effet, l'opposé de la conclusion qui étoit, quelque C n'est pas B, est celui-ci tout C est B, qu'on fasse donc ainsi la mineure ; tout B est A, tout C est B, donc tout C est A. Or c'est là l'opposée de la mineure qui étoit, quelque C n'est pas A. Tel est ce qui concerne le syllogisme de la première et de la seconde figure.

ad quartum modum primæ figuræ per conversionem majoris simpliciter. Nullum A est B, quoddam C est A ; ergo quoddam C non est B. Reducitur autem per syllogismum conversivum ad secundum modum primæ figuræ. Oppositum enim conclusionis quod est, quoddam C non est B, est istud, omne C est B, et fiat minor sic, nullum B est A, omne C est B, ergo nullum C est A, quæ est opposita minoris syllogismi primi, quæ erat, quoddam C est A. Quartus modus est, quando ex majori universali affirmativa, et ex minori particulari negativa concluditur particularis negativa sic : Omne B est A, quoddam C non est A, ergo quoddam C non est B. Iste syllogismus potest reduci per conversionem

præmissarum, major enim quæ est universalis affirmativa, non potest converti nisi in particularem affirmativam, et minor est particularis. Ex pluribus autem particularibus, ut dictum est, nihil sequitur ; reducitur ergo per syllogismum quod aliquando vocatur per impossibile, sicut reducti fuerunt cæteri tres syllogismi supradicti, et reducitur ad primum modum primæ figuræ. Oppositum enim conclusionis, quæ erat, quoddam C non est B, istud, omne C est B, quod fiat minor sic : Omne B est A, omne C est B, ergo omne C est A. Hæc autem est opposita minoris quæ erat, quoddam C non est A. Et sic patet de syllogismo primæ et secundæ figuræ.



## CHAPITRE VII.

*Des syllogismes de la troisième figure, et de la réduction de tous les syllogismes aux deux premiers modes de la première figure.*

La troisième figure a six modes. Le premier a lieu lorsque d'une majeure universelle affirmative et d'une mineure universelle affirmative on déduit une conclusion particulière affirmative de cette manière ; Tout B est A, tout B est C, donc quelque C est A. Ce syllogisme se ramène de cette manière au troisième mode de la première figure par la conversion *per accidens* de la mineure : Tout B est A, quelque C est B, donc quelque C est A. On le ramène au second mode de la première figure par le syllogisme conversif. Prenons, en effet, l'opposé de la conclusion qui est, nul C n'est A, et faisons ainsi la majeure : Nul C n'est A, tout B est C, donc nul B n'est A ; or c'est là la contraire de la majeure du premier syllogisme, qui étoit, tout B est A. Il faut savoir que dans la réduction par le syllogisme conversif il y a cette différence entre les syllogismes de la seconde et de la troisième figure : dans les syllogismes de la seconde figure, de l'opposé de la conclusion on fait la mineure et on déduit l'opposé de la mineure, tandis que dans les syllogismes de la troisième figure, de l'opposé de la conclusion on fait la majeure et on déduit l'opposé de la majeure. Le second mode se connoît lorsque d'une majeure universelle négative et d'une mineure universelle affirmative découle une conclusion particulière négative de la manière suivante : nul B n'est A, tout B est C, donc quelque C n'est pas A. On ramène ainsi cette argumentation au quatrième mode de la première figure par la conversion *per acci-*

## CAPUT VII.

*De syllogismis tertiæ figuræ, et de reductione omnium syllogismorum ad duos primos modos primæ figuræ.*

Tertia vero figura sex habet modos. Primus constat ex majori universali affirmativa, et ex minori universali affirmativa, ad quas sequitur conclusio particularis affirmativa sic : Omne B est A, omne B est C, ergo quoddam C est A. Iste syllogismus per conversionem minoris per accidens reducitur ad tertium modum primæ figuræ sic : Omne B est A, quoddam C est B, ergo quoddam C est A. Per syllogismum vero conversivum reducitur ad secundum modum primæ figuræ. Sumatur enim oppositum conclusionis quod est, nullum C est A, et fiat major sic : Nullum C est A,

omne B est C, ergo nullum B est A. Hæc autem est contraria majoris primi syllogismi, quæ erat, omne B est A. Sciendum quod in reductione per syllogismum conversivum hæc differentia est inter syllogismos secundæ et tertiæ figuræ. Nam in syllogismis secundæ figuræ ex opposito conclusionis fit minor propositio, et inferitur oppositum minoris propositionis, in syllogismis vero tertiæ figuræ ex opposito conclusionis fit major propositio, et inferitur oppositum majoris propositionis. Secundus modus constat ex majori universali negativa, et ex minori universali affirmativa, ad quas sequitur conclusio particularis negativa sic : Nullum B est A, omne B est C, ergo quoddam C non est A. Hæc per conversionem minoris per accidens reducitur ad quartum modum primæ figuræ

*dens* de la mineure ; nul B n'est A , quelque C est B , donc quelque C n'est pas A. Mais par le syllogisme conversif on la ramène au premier mode de la première figure en prenant l'opposé de la conclusion et en faisant ainsi la majeure : tout C est A , tout B est C , donc tout B est A. Cette conclusion est contraire à la majeure du premier syllogisme. Le troisième mode se compose d'une majeure particulière affirmative et d'une mineure universelle affirmative d'où découle une conclusion particulière affirmative , de cette manière : quelque B est A , tout B est C , donc quelque C est A. On ramène cela par conversion au troisième mode de la première figure en convertissant simplement la majeure et en transportant les propositions de la manière suivante : tout B est C , quelque A est B , donc quelque A est C ; on le ramène ainsi au second mode de la première figure par le syllogisme conversif : nul C n'est A , tout B est C , donc nul B n'est A ; cette conclusion est la contradictoire de la majeure , qui étoit quelque B est A. Le quatrième mode vient d'une majeure universelle affirmative et d'une mineure particulière affirmative suivies de cette manière d'une conclusion particulière affirmative : tout B est A , quelque B est C , donc quelque C est A. On ramène ainsi cette argumentation au troisième mode de la première figure par la conversion de la mineure : tout B est A , quelque C est B , donc quelque C est A. Par le syllogisme conversif on la ramène au quatrième mode de la première figure de cette manière : nul C n'est A , quelque B est C , donc quelque B n'est pas A. Cette conclusion est la contradictoire de la majeure du premier syllogisme , qui étoit , tout B est A. Le cinquième mode provient d'une majeure particulière négative et d'une mineure universelle affirmative suivies de cette manière d'une conclusion particulière négative. Quelque B n'est pas A , tout B est C , donc quelque C n'est pas A. Cette ar-

sic : Nullum B est A, quoddam C est B, ergo quoddam C non est A. Sed per syllogismum conversivum reducitur ad primum modum primæ figuræ si accipiatur oppositum conclusionis, et fiat major sic : Omne C est A, omne B est C, ergo omne B est A. Hæc conclusio est contraria majori primi syllogismi. Tertius modus constat ex majori particulari affirmativa et minori universali affirmativa, ex quibus sequitur conclusio particularis affirmativa sic : Quoddam B est A, omne B est C, ergo quoddam C est A. Hæc per conversionem reducitur ad tertium modum primæ figuræ convertendo majorem simpliciter et transportando propositiones sic : Omne B est C, quoddam A est B, ergo quoddam A est C, per syllogismum vero conversivum reducitur ad secundum modum primæ figuræ sic : Nullum C est A, omne B est C, ergo nul-

lum B est A. Hæc conclusio est contradictoria majoris, quæ erat, quoddam B est A. Quartus modus constat ex majori universali affirmativa et minori particulari affirmativa concludentibus particularem affirmativam sic : Omne B est A, quoddam B est C, ergo quoddam C est A. Hæc per conversionem minoris reducitur ad tertium modum primæ figuræ sic : Omne B est A, quoddam C est B, ergo quoddam C est A. Per syllogismum vero conversivum reducitur ad quartum primæ sic : Nullum C est A, quoddam B est C, ergo quoddam B non est A. Hæc conclusio est contradictoria majoris primi syllogismi, quæ erat, omne B est A. Quintus modus constat ex majori particulari negativa et minori universali affirmativa concludentibus particularem negativam sic : Quoddam B non est A, omne B est C, ergo quoddam C non est

gumentation ne peut se ramener par conversion, parce que sa majeure étant particulière négative ne peut se convertir, et la mineure se convertit en particulière. Or on ne peut rien conclure de simples particulières. Mais par le syllogisme conversif on la ramène ainsi au premier mode de la première figure : tout C est A, tout B est C, donc tout B est A, et c'est là la contradictoire de la majeure du premier syllogisme qui étoit, quelque B n'est pas A. Le sixième mode provient d'une majeure universelle négative et d'une mineure particulière affirmative suivies d'une conclusion particulière négative, de cette manière : Nul B n'est A, quelque B est C, donc quelque C n'est pas A. Cette argumentation se ramène ainsi par la conversion de la mineure au quatrième degré de la première figure, nul B n'est A, quelque C est B, donc quelque C n'est pas A. Elle se ramène par le syllogisme conversif au troisième mode de la première figure. Tout C est A, quelque B est C, donc quelque B est A, et c'est là la contradictoire de la majeure du premier syllogisme qui étoit nul B n'est A. Tel est l'exposé des syllogismes à conclusion directe dans toutes les figures et de leurs preuves. Aristote ramène tous les syllogismes à deux universels de la première figure. C'est pourquoi par le syllogisme conversif il ramène le troisième mode de la première figure au second mode de la seconde figure, et le quatrième mode de la même première figure au premier de la seconde, or ceux-ci sont ramenés à deux modes universels de la première figure, comme il a été dit. Donc tous sont ramenés à deux modes universels de la première figure dans lesquels se conservent parfaitement *dici de omni* et *dici de nullo*. Que ces deux modes de la première figure soient ramenés aux universels de la seconde, comme au troisième de la première figure, on le prouve

A. Hæc non potest reduci per conversionem, quia major ejus non potest converti cum sit particularis negativa, minor vero convertitur in particularem. Ex puris autem particularibus nihil sequitur. Per syllogismum vero conversivum reducitur ad primum primæ sic : Omne C est A, omne B est C, ergo omne B est A, et hæc est contradictio majoris primi syllogismi quæ erat, quoddam B non est A. Sextus modus constat ex majori universali negativa et minori particulari affirmativa concludentibus particularem negativam sic : Nullum B est A, quoddam B est C, ergo quoddam C non est A. Hæc per conversionem minoris reducitur ad quartum primæ sic : nulum B est A, quoddam C est B, ergo quoddam C non est A. Per syllogismum vero conversivum reducitur ad tertium primæ sic : Omne C est A, quoddam B est C, ergo

quoddam B est A, quæ est contradictoria majoris primi syllogismi, quæ erat, nullum B est A. Et sic patet de syllogismis directe concludentibus in omnibus figuris, et de eorum probationibus. Philosophus autem reduxit omnes syllogismos ad duos universales primæ figuræ. Unde tertium modum primæ figuræ reduxit per syllogismum conversivum ad secundum modum secundæ figuræ, et quartum modum ejusdem primæ figuræ reduxit per syllogismum conversivum ad primum secundæ, illi autem reducuntur ad duos modos universales primæ figuræ, ut dictum est. Omnes ergo reducuntur ad duos modos universales primæ figuræ, in quibus salvatur perfecte dici de omni et dici de nullo. Quod autem reducuntur prædicti duo modi primæ figuræ ad universales secundæ, puta tertio primæ figuræ, patet sic : Omne B est A,

de cette manière : tout B est A, quelque C est B, donc quelque C est A. L'opposé de la conclusion est, nul C n'est A, qu'on en fasse la mineure, et qu'on établisse le syllogisme dans le second mode de la seconde figure de cette manière : tout B est A, nul C n'est A, donc nul C n'est B, ce qui est l'opposée de la mineure qui étoit, quelque C est B. Le quatrième se ramène au premier; voici en effet le quatrième mode, nul B n'est A, quelque C est B, donc quelque C n'est pas A. L'opposé de la conclusion est, tout C est A; qu'on en fasse la mineure, et qu'on construise le syllogisme dans le premier degré de la seconde figure de cette manière, nul B n'est A, tout C est A, donc nul C n'est B. On voit donc de quelle manière tous les syllogismes se ramènent à deux modes universels de la première figure.

## CHAPITRE VIII.

### *Des syllogismes à conclusion indirecte et de leur réduction.*

Il nous reste maintenant à parler des syllogismes à conclusion indirecte. Il y a conclusion indirecte quand le petit extrême se dit du grand dans la conclusion. Ces syllogismes sont au nombre de dix; cinq sont dans la première figure, deux dans la seconde et trois dans la troisième. Il faut savoir que tout syllogisme qui présente une conclusion par laquelle il peut être converti, peut également en avoir une autre en laquelle il soit converti. Toutes les conclusions de ces syllogismes étant susceptibles d'être converties, à l'exception des particulières négatives, il s'ensuit que tous ces syllogismes pourront avoir une conclusion indirecte. Il y en a trois de ce genre dans la première figure, savoir, le premier, le second et le troisième mode; il y

quoddam C est B, ergo quoddam C est A. Oppositum conclusionis est, nullum C est A, quæ fiat minor, et fiat syllogismus in secundo secundæ figuræ sic : Omne B est A, nullum C est A, ergo nullum C est B, quæ est opposita minoris, quæ erat, quoddam C est B. Quartus vero reducitur ad primum. Est enim quartus modus sic : Nullum B est A, quoddam C est B, ergo quoddam C non est A. Oppositum conclusionis est, omne C est A, quæ fiat minor, et fiat syllogismus in primo secundæ figuræ sic : Nullum B est A, omne C est A, ergo nullum C est B. Patet ergo qualiter omnes syllogismi reducuntur ad duos modos universales primæ figuræ.

### CAPUT VIII.

#### *De syllogismis indirecte concludentibus, et de reductione ipsorum.*

Restat nunc dicere de syllogismis indirecte concludentibus. Est autem indirecte concludere minorem extremitatem prædicari de majori in conclusione. Tales autem syllogismi sunt numero decem, quinque enim sunt in prima figura, duo in secunda figura, et tres in tertia figura. Sciendum quod omnis syllogismus concludens aliquam conclusionem quo converti potest, etiam potest concludere illam in quam convertitur. Cum ergo omnes conclusiones dictorum syllogismorum possunt converti, exceptis particularibus negativis, omnes tales syllogismi poterunt concludere indirecte. Tales autem in prima figura sunt tres, scilicet primus modus, secundus et

en a deux dans la seconde, savoir, le premier et le second ; il y en a trois dans la troisième, savoir, le premier, le troisième et le quatrième. Qu'on introduise dans la première figure deux modes, qui sont contre les deux principes ou les règles données dans la première figure. Car ils ont tous deux la mineure négative, ce qui est contraire à cette règle. Dans la première figure, quand la mineure est négative, il n'y a pas de conclusion, et l'un des deux a la majeure particulière contre l'autre règle. Or les savants modernes, entre autres Boëce, en omettant cinq, c'est-à-dire ceux de la seconde et de la troisième figure, n'ont parlé que des cinq de la première figure. Le premier est formé d'une majeure universelle affirmative et d'une mineure universelle affirmative, suivies d'une conclusion indirecte particulière affirmative, de cette manière, tout B est A, tout C est B, donc quelque A est C. Or il se ramène au premier mode de la première figure, en convertissant la conclusion particulière en universelle. Le second est formé d'une majeure universelle négative et d'une mineure universelle affirmative, suivies d'une conclusion indirecte universelle négative, de cette manière : nul B n'est A, tout C est B, donc nul A n'est C. Il se ramène au second mode de la première figure par une conversion simple de la conclusion. Le troisième mode se forme d'une majeure universelle affirmative et d'une mineure particulière affirmative, suivies d'une conclusion indirecte particulière affirmative, de cette manière : tout B est A, quelque C est B, donc quelque A est C ; il se ramène au troisième mode de la première figure par une simple conversion de la conclusion. Le quatrième mode se forme d'une majeure universelle affirmative et d'une mineure universelle négative, suivies d'une conclusion indirecte particulière négative, de cette manière, tout B est A, nul C n'est B, donc quelque A n'est pas C. Il se ramène au quatrième mode de la

tertius. In secunda sunt duo, scilicet primus et secundus. In tertia sunt tres, scilicet primus, et tertius, et quartus. Adducantur autem in prima figura duo modi, qui sunt contra duo principia sive regulas datas in prima figura. Nam ambo habent minorem negativam, quod est contra illam regulam : In prima figura minori existente negativa, nihil sequitur. Et alter eorum habet majorem particularem contra aliam regulam. Doctores autem moderni, scilicet Boetius, prætermisiss quinque, scilicet secundæ et tertiæ figuræ, de solis quinque primæ figuræ fecerunt mentionem. Quorum primus constat ex majori universali affirmativa, et minori universali affirmativa concludentibus indirecte particularem affirmativam sic : Omne B est A, omne C est B, ergo quoddam A est C.

Reducitur autem ad primum primæ, si conclusio particularis convertatur in universalem. Secundus constat ex majori universali negativa, et minori universali affirmativa, concludentibus indirecte universalem negativam sic : Nullum B est A, omne C est B, ergo nullum A est C. Reducitur ad secundum primæ, conversa conclusione simpliciter. Tertius modus constat ex majori universali affirmativa et minori particulari affirmativa concludentibus indirecte particularem affirmativam sic : Omne B est A, quoddam C est B, ergo quoddam A est C. Reducitur ad tertium primæ, conversa conclusione simpliciter. Quartus modus constat ex majori universali affirmativa et minori universali negativa concludentibus indirecte particularem negativam sic : Omne B est A, nullum C est B, ergo

première figure par la conversion de la mineure par accident, et de la mineure simplement, et par la transposition des propositions, de sorte que de la mineure se fasse la majeure, et *vice versa* de cette manière : nul B n'est C, quelque A est B, donc quelque A n'est pas C. Le cinquième mode se forme d'une majeure particulière affirmative et d'une mineure universelle négative, suivies d'une conclusion indirecte particulière négative, de cette façon : quelque B est A, nul C n'est B, donc quelque A n'est pas C. Il se ramène au quatrième mode de la première figure par la conversion simple de chacune des propositions, et par leur transposition de la manière suivante : nul B n'est C, quelque A est B, donc quelque A n'est pas C. Voilà ce qui concerne les syllogismes à conclusion indirecte. Pour mieux se souvenir de ces syllogismes, on a imaginé les vers suivants :

Barbara, celarent, darii, ferio, baralipiton,  
 Celantes, dabitit, fapcsmo, frisesomorum,  
 Cæsare, camestres, festino, baroco, darapti,  
 Felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

On les explique ainsi. Il y a dans ces vers dix-neuf manières de dire dix-neuf ou mots qui se rapportent à dix-neuf modes de syllogismes suivant leur ordre respectif, savoir, neuf modes de la première figure, dont quatre sont à conclusion directe et cinq à conclusion indirecte, quatre de la seconde figure, et six de la troisième figure. Tous ces mots sont des trissyllabes dont la première syllabe désigne la majeure, la seconde la mineure, la troisième la conclusion. Les syllabes de plus qui se trouvent dans quelques mots ne sont pas nécessaires, elles ne sont là que pour la mesure. Or, dans ces syllogismes il y a quatre voyelles, A, E, I, O, qui signifient A l'universelle affirmative, E l'universelle négative, I la particulière affirmative, O la particulière négative.

quoddam A non est C. Et reducitur ad quartum primæ, conversa majori per accidens, et minori simpliciter, et transpositis propositionibus, ut de minori fiat major et de majori minor sic : Nullum B est C, quoddam A est B, ergo quoddam A non est C. Quintus modus constat ex majori particulari affirmativa et minori universali negativa concludentibus indirecte particularem negativam sic : Quoddam B est A, nullum C est B, ergo quoddam A non est C. Et reducitur ad quartum primæ per conversionem simpliciter utriusque propositionis, et transpositis utrisque sic : Nullum B est C, quoddam A est B, ergo quoddam A non est C. Et sic patet de syllogismis indirecte concludentibus. Sciendum autem quod ad memoriter tenendum prædictos syllogismos, inventi sunt quidam versus qui taliter designantur :

Barbara, celarent, darii, ferio, baralipiton,  
 Celantes, dabitit, fapcsmo, frisesomorum,  
 Cæsare, camestres, festino, baroco, darapti,  
 Felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

Quorum intellectus talis est. In his versibus sunt XIX dictiones quæ secundum ordinem suum deserviunt XIX modis syllogismorum, scilicet novem modis primæ figuræ, quatuor concludentibus directe, et quinque indirecte, et quatuor secundæ figuræ, et sex tertie figuræ. Omnes autem hæ dictiones sunt trissyllabæ, quorum prima syllaba deservit majori propositioni, secunda minori, tertia conclusioni. Et si in aliqua dictione inveniuntur plures syllabæ, non sunt necessariæ, sed ponuntur causa metri. In prædictis autem syllogismis sunt quatuor vocales, scilicet A, E, I, O, quæ sic significat : A significat universalem affirmativam, E universalem negativam,

C'est pourquoi *barbara*, qui se rapporte au premier mode de la première figure, a un A dans toutes ses syllabes, parce que toutes ses propositions sont universelles affirmatives. Tous ces mots commencent par ces quatre consonnes B, C, D, F. Or les quatre premiers mots qui répondent aux quatre modes de la première figure à conclusion indirecte, commencent par ces quatre consonnes. C'est pourquoi si quelques autres mots commencent par quelqu'une de ces consonnes, cela veut dire que ces syllogismes doivent être ramenés au mode de la première figure, à laquelle répond le mot qui commence par cette consonne. Par exemple : *Cæsare*, qui répond au premier mode de la seconde figure, commence par cette consonne C, et signifie que ce mode se ramène, par la conversion de la majeure, au second mode de la première figure à laquelle répond le mot qui commence par C, c'est-à-dire *celarent*, et ainsi des autres. Dans ces syllogismes on rencontre aussi quelquefois la lettre S après la voyelle, ce qui signifie que cette proposition ou conclusion à laquelle répond la syllabe doit se convertir simplement. D'autres fois on trouve P, et cela signifie que la proposition ou la conclusion à laquelle répond la syllabe, doit se convertir *per accidens*. Quelquefois on trouve la lettre M, et cela veut dire que les prémisses de ce syllogisme doivent être transposées de manière à faire la mineure de la majeure, et réciproquement. Quelquefois on trouve C, ce qui veut dire que ce syllogisme ne peut être réduit par conversion, mais seulement par le syllogisme conversif, et cela n'arrive que dans deux syllogismes, savoir, *baroco* et *bocardo*, comme on l'a dit. Il faut savoir que toutes ces règles, à l'exception de celle sur la lettre C, ne s'entendent que de la réduction des syllo-

I particularem affirmativam, O particularem negativam. Unde Barbara, qui deservit primo modo primæ figuræ, in omnibus syllabis habet A, quia omnes ejus propositiones sunt universales affirmativæ. Omnes prædictæ dictiones incipiunt ab his quatuor consonantibus, scilicet B, C, D, F; primæ autem quatuor dictiones quæ deserviunt quatuor modis primæ figuræ directe concludentibus a prædictis quatuor consonantibus incipiunt. Unde si quæ aliæ dictiones incipiunt a quacumque harum consonantium, significat quod tales syllogismi sunt reducendi ad illum modum primæ figuræ, cui deservit dictio incipiens ab illa consonante. Verbi gratia : Cæsare quæ deservit primo modo secundæ figuræ, incipit ab ista consonante C, et significat, quod talis modus per conversionem majoris reducitur ad secundum modum primæ figuræ, cui deservit dictio incipiens a C, sci-

licet Celarent, et sic de singulis. In prædictis etiam syllogismis aliquando invenitur ista littera S post vocalem, et significat quod illa propositio vel conclusio, cui deservit syllaba, debet converti simpliciter. Aliquando vero invenitur P, et significat quod illa propositio vel conclusio, cui deservit syllaba, debet converti per accidens. Aliquando vero invenitur M, et significat quod præmissæ illius syllogismi debent transponi, ut de majori fiat minor, et e converso. Aliquando invenitur C, et significat quod iste syllogismus non potest reduci per conversionem, sed solum per syllogismum conversivum, et hoc solum accidit in duobus syllogismis, scilicet Baroco et Bocardo, ut dictum est. Sciendum quod prædictæ regulæ præterquam regula de littera C, intelliguntur solum de reductione syllogismorum facta per conversionem, et non de ea quæ facta est per syllogismum

gismes par conversion, et non de celle qui se fait par le syllogisme conversif. Tel est ce qui regarde les syllogismes conversifs *de inesse*.

## CHAPITRE IX.

*De l'invention du moyen terme pour les syllogismes de toutes les figures, tant affirmatifs que négatifs.*

Cela connu, pour pouvoir plus facilement tirer une conclusion et argumenter, il est bon de savoir que toute conclusion renferme les deux extrêmes, comme il a été dit. Or tout syllogisme se compose de trois termes. Lors donc que l'on a une conclusion à tirer, pour compléter le syllogisme il faut un autre terme qu'on appelle moyen terme. Voyons comment on trouve ce moyen terme. Sur cela il faut remarquer qu'Aristote, dans son livre I. *Priorum*, se sert de trois dénominations de termes, savoir l'antécédent, le conséquent et le neutre. On appelle antécédent le terme susceptible de subjectivité, comme homme est antécédent d'animal; on appelle conséquent le terme qui peut se dire d'une autre chose, et ainsi animal est conséquent d'homme. Et comme les termes susceptibles de conversion peuvent échanger entre eux la subjectivité et la prédication, comme le propre qui peut se dire de l'espèce et l'espèce du propre, il en est de même de la définition et du défini, il s'ensuit que l'un, par rapport à l'autre, est appelé antécédent et conséquent réciproquement. Le terme neutre est celui qui n'est susceptible à l'égard d'un autre, ni de subjectivité ni de prédication, comme homme et âne qui se trouvent réciproquement dans ce cas. Il faut savoir que les modes des syllogismes à conclusion directe, comme nous l'avons dit, sont au nombre de quatorze, savoir, quatre dans la première figure,

conversivum. Et sic patet de syllogismis de inesse conversivis.

### CAPUT IX.

*De inventione medi termini syllogismis omnium figurarum tam affirmativis, quam negativis.*

Scitis syllogismis, ut facilius possimus quamcumque conclusionem concludere et syllogizare, sciendum quod omnis conclusio in se continet ambas extremitates, ut dictum est: totus autem syllogismus ex tribus terminis fit. Habita ergo quacumque oratione concludenda ad complendum syllogismum, egemus uno termino, scilicet medio. Qualiter autem talis medius terminus inveniatur, videamus. Ubi nota, quod Philosophus primo *Priorum* tribus utitur nominibus terminorum, scilicet antece-

dente, consequente et repugnante. Dicitur autem terminus antecedens qui potest subjici, ut homo est antecedens ad animal, consequens autem dicitur terminus, qui potest de alio prædicari, et sic animal est consequens ad hominem. Et quia termini convertibiles inter se et subjici et prædicari possunt, ut proprium quod potest prædicari de specie, et species de ipso, et similiter se habet de diffinitione et diffinito, ideo unus respectu alterius, et dicitur antecedens, et dicitur consequens. Repugnans vero terminus dicitur, qui alteri subjici non potest, nec de eo prædicari, ut homo et asinus, quorum neuter de altero potest prædicari, nec sibi subjici. Sciendum quod modi syllogismorum directe concludentium, ut dictum est, sunt quatuordecim, scilicet quatuor in prima figura, qua-



quatre dans la seconde, et six dans la troisième, car je ne m'occupe pas ici de ceux qui sont à conclusion indirecte. Il y a donc dans la première figure deux modes affirmatifs à conclusion directe, savoir, le premier et le troisième, et deux négatifs, savoir, le second et le quatrième. Pour trouver le moyen terme dans les modes affirmatifs, il faut considérer un terme qui soit antécédent par rapport au prédicat, et conséquent par rapport au sujet. Par exemple, si l'on veut mettre en forme cette proposition, tout homme est substance, on a déjà le grand et le petit extrême. Le conséquent par rapport au sujet, et l'antécédent par rapport au prédicat, c'est animal. Donc il est moyen terme par ce syllogisme dans le premier mode de la première figure, de cette manière : tout animal est substance, tout homme est animal, donc tout homme est substance. Mais si la conclusion doit être celle-ci, quelque homme est substance, animal sera moyen terme dans le troisième mode de la même figure, et on fera ainsi le syllogisme : tout animal est substance, quelque homme est animal, donc quelque homme est substance. Dans les syllogismes négatifs de la même figure, on prend pour moyen terme celui qui est neutre à l'égard du prédicat, et qui est conséquent par rapport au sujet. Par exemple, si la conclusion doit être celle-ci, nul homme n'est pierre, ou quelque homme n'est pas pierre, on prendra animal pour moyen terme ; car il y a répugnance entre animal et pierre, tandis qu'animal peut se dire de l'homme ; on fera donc le syllogisme dans le second mode de la première figure, de cette manière, nul animal n'est pierre, tout homme est animal, donc nul homme n'est pierre. Dans le quatrième, on procédera ainsi, nul animal n'est pierre, quelque homme est animal, donc quelque homme n'est pas pierre. Voilà comment se trouve le moyen terme dans la première figure. Dans la seconde figure,

tuor in secunda, et sex in tertia : quia de indirecte concludentibus hic non me intromitto. In prima igitur figura sunt duo modi affirmativi directe concludentes, scilicet primus, et tertius : et duo negativi, scilicet secundus, et quartus. Ad invenendum medium in affirmativis, considerandus est unus terminus, qui sit antecedens ad prædicatum, et consequens ad subjectum. Verbi gratia. Si debet syllogizari hæc, scilicet omnis homo est substantia, jam habetur minor et major extremitas. Consequens autem ad subjectum, et antecedens ad prædicatum est animal, ergo est medius terminus per hunc syllogismum in primo modo primæ figuræ sic. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia ; si vero debet concludi hæc, quidam homo est substan-

tia : in tertio modo ejusdem figuræ est medius terminus animal, et fiet syllogismus sic. Omne animal est substantia, quidam homo est animal, ergo quidam homo est substantia. In syllogismis vero negativa ejusdem figuræ sumitur pro medio repugnans prædicato, et consequens ad subjectum. Verbi gratia. Si debet concludi hæc : nullus homo est lapis. Vel quidam homo non est lapis, sumatur pro medio animal. Repugnat enim animal lapidi, et potest prædicari de homine : fiat ergo syllogismus in secundo modo primæ sic. Nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. In quarto vero sic, nullum animal est lapis, quidam homo est animal, ergo quidam homo non est lapis. Et sic patet de inventionem medii termini in prima figura. In secunda autem

il y a quatre modes tous négatifs, dont le premier et le troisième ont la majeure négative et la mineure affirmative. C'est tout le contraire pour le second et le quatrième qui ont la majeure affirmative et la mineure négative, aussi le moyen terme se prend différemment de part et d'autre. C'est pourquoi dans le premier et le troisième on prend pour moyen le terme qui répugne au prédicat et qui est conséquent par rapport au sujet. Par exemple, si l'on doit avoir cette conclusion, nul homme n'est pierre, ou celle-là, quelque homme n'est pas pierre, on prendra l'un pour moyen terme, et on établira le syllogisme dans le premier mode de la seconde figure, de cette manière : nulle pierre n'est animal, tout homme est animal, donc nul homme n'est pierre. Dans le troisième mode on fera ainsi, nulle pierre n'est animal, quelque homme est animal, donc quelque homme n'est pas pierre. Dans le second et le quatrième mode on prendra pour moyen terme le conséquent ou prédicat, et ce qui répugne au sujet. Par exemple, si on veut avoir cette conclusion, nul homme n'est pierre, ou celle-ci, quelque homme n'est pas pierre, on prendra pour moyen *inanimé*, qui peut se dire de la pierre et qui répugne à l'homme, et on établira ainsi le syllogisme dans le second mode, toute pierre est inanimée, nul homme n'est inanimé, donc nul homme n'est pierre. Dans le quatrième mode on fera de cette manière : toute pierre est inanimée, quelque homme n'est pas inanimé, donc quelque homme n'est pas pierre. On voit ainsi comment se prend le moyen terme dans la seconde figure. Dans la troisième figure il y a six modes tous à conclusion particulière, dont trois sont affirmatifs, trois négatifs. Dans les affirmatifs, savoir, le premier, le troisième et le quatrième, on prend pour moyen celui qui est l'antécédent des deux autres. Par exemple, si l'on doit conclure dans le premier mode, quelque animal est substance,

figura sunt quatuor modi omnes negativi, quorum primus et tertius habent majorem propositionem negativam, minorem vero affirmativam. Secundus autem et quartus econverso majorem habent affirmativam, minorem vero negativam, et ideo aliter utrobique sumitur medium. Unde in primo et tertio sumitur pro medio repugnans prædicato, et consequens ad subjectum. Verbi gratia. Si debet concludi ista. Nullus homo est lapis, vel illa, quidam homo non est lapis : pro medio sumatur alter, et syllogizetur in primo secundæ sic. Nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. In tertio modo sic, nullus lapis est animal, quidam homo est animal, ergo quidam homo non est lapis. In secundo vero, et quarto modo sumatur pro medio consequens ad prædicatum et repugnans subjecto. Verbi gratia : Si debet concludi ista. Nullus homo est lapis, vel ista, quidam homo non est lapis, sumatur pro medio inanimatum, quod potest prædicari de lapide et repugnat homini, et syllogizetur in secundo modo sic : Omnis lapis est inanimatus, nullus homo est inanimatus, ergo nullus homo est lapis. In quarto modo sic : Omnis lapis est inanimatus, quidam homo non est inanimatus, ergo quidam homo non est lapis. Et sic patet de inventione medii termini in secunda figura. In tertia vero figura sunt sex modi omnes concludentes particulariter, quorum tres sunt affirmative, et tres negative. In quibus affirmativis, scilicet primo, tertio, quarto, sumitur pro medio antecedens ad utrumque. Verbi gratia : Si debet concludi hæc in primo modo, scilicet

on prendra pour moyen homme dont peuvent se dire animal et substance, et on raisonnera ainsi : tout homme est substance, tout homme est animal, donc quelque animal est substance; on raisonnera ainsi dans le quatrième : tout homme est substance, quelque homme est animal, donc quelque animal est substance. Dans les trois négatifs on prend pour moyen le terme qui répugne au prédicat et qui est antécédent du sujet. Par exemple, si l'on doit conclure, quelque animal n'est pas pierre, on prendra pour moyen homme qui répugne à pierre et duquel se dit animal, et on fera le syllogisme dans le second mode de cette manière : nul homme n'est pierre, tout homme est animal, donc quelque animal n'est pas pierre. Dans le cinquième on procédera ainsi : quelque homme n'est pas pierre, tout homme est animal, donc quelque animal n'est pas pierre. On voit par là comment se trouve le moyen dans la troisième figure. Remarquez que pour trouver tout d'abord l'antécédent et le conséquent, les termes *convertibles* peuvent être indifféremment antécédent ou conséquent, parce que définition, description et interprétation sont des termes qui se convertissent avec défini, décrit et interprété. Prenez le terme dont vous voulez trouver l'antécédent et le conséquent, définissez-le, décrivez-le ou interprétez-le, employez ensuite les règles dont nous avons parlé. Par exemple, si vous voulez avoir dans le premier mode de la première figure cette conclusion, tout ce qui court se meut, dans laquelle vous devez prendre l'antécédent du prédicat, définissez, ou décrivez, ou interprétez *se mouvoir* de cette manière : se mouvoir, c'est changer de lieu dans le temps; mais tout ce qui court change de lieu dans le temps, donc tout ce qui court se meut.

quoddam animal est substantia, sumatur pro medio homo, de quo animal et substantia prædicari possunt, et syllogizetur sic : Omnis homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia; in tertio modo sic : Quidam homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia : in quarto vero sic : Omnis homo est substantia, quidam homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. In tribus vero negativis sumitur pro medio repugnans prædicato, et antecedens ad subjectum. Verbi gratia, si debet concludi hæc, quoddam animal non est lapis, sumatur pro medio homo quod repugnat lapidi, et de quo animal prædicatur, et syllogizetur etiam in secundo modo sic : Nullus homo est lapis, omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. In quinto vero sic : Quoddam homo non est lapis, omnis homo est animal ergo quoddam animal non est lapis. In sexto

autem sic : Nullus homo est lapis, quidam homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. Et sic patet de inventione medii in tertia figura. Notandum quod ad inveniendum cito antecedens et consequens termini convertibiles possunt esse antecedens et consequens indifferenter, quia diffinitio, et descriptio, et interpretatio sunt termini convertibiles cum diffinito, descripto et interpretato. Accipias terminum cujus vis invenire antecedens et consequens, et diffinias ipsum, vel describas, vel interpreteris, postmodum utere regulis supradictis. Verbi gratia, si vis concludere in primo modo primæ figuræ istam, omne currens movetur, ubi debes sumere antecedens ad prædicatum, diffinias vel describas, vel interpreteris moveri quod describitur sic : moveri est mutare locum in tempore, sed omne currens mutat locum in tempore, ergo omne currens movetur. Et sic potest fieri de diffinitione et inter-